

SYSTEMA AEGRITVDINVM,

CONDITVM

PER

NOSOLOGIAM, PATHOLOGIAM,

TAM

GENERALEM, QVAM SPECIALEM,

ET

SYMPTOMATOLOGIAM, AETIOLOGIAE

SVPERSTRVCTAS

A

CHRIST. FRID. DANIEL.

Quod ipſa natura dictauit ſyſtema non illico turbandum, ſi qua forſan parte ob cognitionis humanae defectum hiat.

GAVBIVS.

LIPSIAE,

SVMTV ADAM. FRID. BOEHMII.

1781.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY



PRAEFATIO.

Dignitatem medicinae cum eius indole et medici officiis comparaturus, demum consilium cepi, experiundi, quid valeant ferre humeri, atque in proprium vſum componendi, imo edendi, aegritudinum ſyſtema.

Etenim medicinam ſcientiam facile vtiliſſimam exiſtere poſſe, ſi rite exculta ſit, quis neget? Eſt enim, quae aegrotos, per vitam diſſolutam ab aeterna ſalute ſuſcipiunda adhuc alienos, vel per eximias animi corporiſue, aut vtriuſque, dotes, patriae, cognatis, cariſſimos, ſi per vim aegritudinis medico, etiam ſummo, homini tamen, licet, ſeruet, donec vita, egregie mutata, indeque enata recte factorum conſcientia, vitae aeternae viuendae deſiderium in ipſo aegroto excitet, ſeniumque ſenſim et laudabiliter

 ſuper-

ſuperueniens faciat, vt patria, cognatique, ciuis atque amici mortem non tam lugeant, quam gratulentur: vel, niſi ſeruare hominem liceat, tamen, vt, quidquid ſupereſt vitae viuendae, minori viuat moleſtia, efficiat.

Quis igitur eſt, qui neget, patriae, cognatis, aegrotis demum ipſis, càrum atque gratum, acceptum, ſe reddere medicum, qui, aegritudinum naturam bene perſpiciens, viriumque vitae egregia conamina probe dirigens, aegritudinibus ita proſpicit, vt, tum multorum, tum paucorum, hominum aegritudines tam auertendo futuras, quam iam praeſentes congrue curando, vitae hominum conſeruatoris, et, vel foecunda ſubiecta, vel prolem futuram, conſeruaturus, numeri maioris ciuium auctoris laudem mereri, nec parum ſibi iure vindicare poſſit gloriae. Quis e contrario vituperatione indignum iudicet eum, qui aegritudinum naturam ignorans, nec virium vitae conamina attendens et dirigens, prorſus empiricam medicinam faciendo, impune nocet?

Nonne igitur erat, quod medicinam facere incipiens, dicto HIPPOCRATIS: *Vide, vt, niſi proſis, ſaltem ne obſis*, faciles praeberem aures, audirem etiam GALENVM: *morbi cognitionem*, inquientem, *viae eſſe principium, ad vnumquemque morbum inueniendi remedia*? Erat omnino. Quare, praecipuum ponen-

nendum esse laborem in aegritudinum semiotice diagnostica, bonis fundamentis innitente, et sic adumbrata, vt affinitas et discrepantia aegritudinum leui constet negotio, facile intellexi. SWIETENII enim effatum, „quidquid medicina frugi habeat, esse, quod chemiae affinis sit:„ equidem sic muto, vt eloquar, medicinam tum demum esse commendandam, quum, chemiae instar, subiecti, adeoque praecipue aegritudinum, affinitatem et discrepantiam exponit et sistit, cuiusmodi labori superstructum aegritudinum systema, quod citra signa diagnostica, quibus medicinae vtilitas praecipua continetur, componi nequit, multa non indiget commendatione.

Neque enim aegritudinum doctrinam absolui earum aetiologia, non raro arbitraria, neque comprehendi simplici aegritudinum historia, quum earum decursus si vel adumbrari possit, ob inconstantiam certe (id quod librorum, epidemias potissimum describentium, lectio testatur) absque vtilitate vera adumbretur, non est, quod multis comprobetur. Totam enim medicinam niti congruis et fideliter conquisitis aegritudinum characteribus et congrua earumdem ordinatione, testantur summi omnis aetatis medici [a]).

Quae-

a) „Ex his primum est, secundum legem nomina diuidere, vt nulli morbo idem nomen sit, deinde autem secun-

Quaeritur autem, quomodo aegritudinum ſyſtema ſtabiliendum ſit? igitur

a. Natura ſanitatis et aegritudinis ſcrutanda, ita certe, vt, vtramque ſibi oppoſitam eſſe ſtatuens, vires praeternaturaliter conſtitutas nemo eſſe eaſdem putet, atque om-

cundum vniuſcuiuſque naturam ideas ſeparatim conſiderare." HIPPOCRATES de nat. hum.

„Perſpicuum eſt, tum aegroti naturam eſſe conſiderandam, tum cuiuſque hominis propriam eſſe curationem, tum ſupra haec illud tertium, nempe quoniam cuiuſque naturae proprietas ineffabilis eſt, nec exactiſſima ſcientia comprehenſibilis, *hunc eſſe optimum cuiuſque particularis aegritudinis medicum, qui iam methodum quamdam ſibi comparauit, ex qua et dignoſcere naturas poſſit, et coniectura conſequi, quae ſint cuique propria remedia.*" GALENVS.

„Niſi in ordines redigantur, et velut caſtrorum acies diſtribuantur in ſuas claſſes, ordines, genera et ſpecies, omnia fluctuari, neceſſe eſt." CAESALPINVS.

„Ex his deduci iure poterit, magnae vtilitatis fore, vt morbi in tot ſpecies diuidantur, quot ſunt *morbi principales aut cauſſae vehementes*, a quibus fouentur. Nam ſi nos haberemus exactam et fidelem hiſtoriam ſignorum prognoſticorum et diagnoſticorum, methodi curatiuae et praeceptorum generalium, morbi numquam ſub alia perſona nos decipere poſſent. Non inſtitutis vero talibus diuiſionibus et multi errores ſuboriuntur, et magna confuſio in hiſtoria morborum." BAGLIV.

„Variis titulis vnus idemque morbus inſigniri ſolet, vbi tamen eadem eſt morbi cauſſa, indicationes quoque

omnino naturales, quos quamuis vix credas eſſe futuros, dantur tamen. Certe in phyſiologia de vi contractili et ſentiente multa docentur, quae ad hominem tantum ſanum ducas, imo fatentur phyſiologi, faſſus eſt HALLERVS, aliam eſſe vtramque in ſtatu praeternaturali, latius hic

que eaedem, atque eadem ſymptomata, ſolo gradu diuerſa. „ MORTON.

„Methodus morbos ordinandi ita comparata eſſe debet, vt non in nominibus duntaxat morborum inueniendis ſeſe vtilem praeſtet, ſed praecipue facilem ad eruendas curationes viam expediat.„ GAVBIVS.

„Quamdiu pro ſpeciebus habemus morbos, qui vere ſunt genera, ſuis ſcilicet eſſentialibus characteribus diſcreta, errores in praxi euitare ſane non poterimus, aegritudines, tota ſua natura diſcrepantes, eadem methodo tunc pertractaturi. „ HEBENSTREIT.

Die ſimple Natur, in allen Iahrhunderten ſich gleich, verträgt ſo wenig einen falſchen Putz, als eine ehrwürdige Matrone. Man nehme jene, wie ſie ſich zeigt, ſammle ihre Wirkungen, ohne alle Anhänglichkeit an groſsväterliche Lehrmeinungen, ordne ſie in gewiſſe Klaſſen und führe dann ein Syſtem auf, das würklich natürlich iſt, das ſeinen Werth vor dem Krankenbette bewährt, und dem Iünglinge Zeit, Mühe, Koſten und Verdruſs erſpart. Dann wird die Arzneywiſſenſchaft, die jetzt bald durch ekelhaftes Demonſtriren gemisbraucht, bald wieder durch falſche oder halb wahre Erfahrungen zur ſchimpflichſten Empirie erniedrigt wird, mit ſchnellen Schritten ihrer Vollkommenheit entgegen eilen, und der vernünftige Arzt deren Andenken ſegnen, die ihren Theil dazu beygetragen haben. A. d. B.

hic ſaltem patere irritabilitatem et ſenſibilitatem; nec tamen minus plerique in aegritudinum doctrina, huius rei obliti, irritabilitatem et ſenſibilitatem perfecte ad phyſiologorum doctrinam aeſtimauerunt: quod profecto abſque rei detrimento fieri nequit [b]).

b. Aegritudines probe diſtinguendae ſunt in morbos, paſſiones, ſymptomata [c]). Cuius rei neglectus certe fecit, vt in aegritudinum natura reuelanda fruſtra deſudarent multi, et maiores in ea cognoſcenda deprehenderent difficultates, quam vere ſub omni conditione hic exiſtunt. Diſtinctionem enim ſimilem clari iam dudum viri ad rationalem aegritudinum doctrinam ſtabiliendam commendarunt, licet obiectiones, quae tamen non difficulter diſcutiantur, proferri poſſe, agnoſcerent [d]).

c. In

b) Sed forte in eo poſita eſt a vero aberratio, quod phyſiologi irritabilitatis et ſenſibilitatis naturam haud bene adumbrarent huc vſque. Incipiunt hodierni, non repugnante multum, nouiſſimo vitae ſuae tempore, HALLERO, contractilitatis, ſeu irritabilitatis, notionem magis extendere, et docere, gradu tantum differre vim mortuam, palpitationem, irritabilitatem, vt vim contractilem eminere tantum in muſculis, adeſſe etiam in aliis partibus doceant. Quam ſententiam me ipſum iam ante aliquot annos publice profeſſum eſſe, laetor.

c) Cf. introd. p. 4.

d) „Ratio differentis morborum nomenclaturae rite peten-

c. In his definiendis (b) vtendum eſt largo obſeruationum fide dignarum, a celebribus viris omnis aetatis propoſitarum, numero, atque inde aegritudinum character eruendus, dum ſimul et aliis ſatisfit. Recte certe edixit FR. HOFFMANNVS, vnum virum non ſufficere conſcribendae aegritudinum doctrinae, ſi propriis velit ſuperſtruere obſer-

tenda eſt a differenti earum cauſſa, ſymptomatis et indicationibus curatiuis differentibus." MORTON.

"Namque nouum non eſt, eumdem morbum ſaepe ad plura genera referri poſſe; — quo in caſu plures deteguntur proprietates morborum, pluresque adeo medendi methodi, indicationesque." PITCARNIVS.

"Neutiquam vero eſt, quod mihi quis obiiciat, hoc ad cauſſas proximas reſpectu morborum genera augeri immaniter. Namque tantum abeſt, vt hoc cuidam naturae ſcrutatori vitio vertendum ſit, vt potius in laudem illi cedat, res et notiones eo vſque, donec omne characterum eſſentialium diſcrimen penitus aboletur, ab inuicem diſcerpere. Scilicet hoc demum induſtria eſt, non abblandiri ignauiae et conceptus rerum imminuere, ſi illi per naturam tamen adſunt, ſed eruditi viri eſt, minima quaeuis momenta, ſi differentia aliqua realis in illis latet, quae et conſilium mutare poſſet, penitus euoluere, et auctis etiam, ſi opus eſt, generibus, ſpecies imminuere, quod quoque in methodo medendi non, niſi vtiliter, perfici poſſe, arbitror." HEBENSTREIT.

"Namque nouum non eſt, ſecundum hanc cauſſalem aegritudinum contemplationem, eumdem morbum alio ſub initiis, alio ſub ſummo ſtatu, alio demum prope finem reſpectu, ad diuerſa referri capita." HEBENSTREIT.

ſeruationibus, quod certe, ne ſenex quidem, omnes aegritudines viderit, et toties viderit, vt poſſet characterem potius aegritudinum, quam earum hiſtoriam, definire. Quare plus vtilitatis exſpectes ab aegritudinum doctrina, frequenti clarorum omnis aetatis virorum obſeruationum numero ſtabilita.

d. Sed obſeruationes auctorum non ſtatim pro eo accipiendae ſunt, ac proponuntur. Saepe enim auctores fideliter quidem obſeruarunt, at vel aegritudinum naturam non omnino perſpexerunt, nomineque conueniente inſigniuerunt, vel methodum medendi ſequentes, quam facile perſpicias aegritudini non competiſſe, effecerunt, vt aegritudo corrumperetur, quare ab iis enarrata ſymptomata, decurſus, curationis potius, ſaltem ex parte, progenies ſunt, vt tales obſeruationes aut omnino negligi, aut caute adhiberi poſſint.

e. Ceterum autem rariores etiam obſeruationes attendendae ſunt. Quamuis enim admirabilia venari non debeas, nemo tamen medicorum, ne tiro quidem, quod ipſe expertus ſum, euitare poteſt, quo minus ob rariores caſus conſulatur. Quo igitur tum omnes aegritudines ſufficienter dignoſci, tum rariores agnoſci poſſint, hae omnino attentionem ſibi vindicant.

Vt

f. Vt aegritudinum characteres, in praxi vtiles, componere, et de dignitate atque affinitate aegritudinum rite ſtatuere liceat, opus eſt potiſſimum, vt methodus medendi, ſeu quae iuuabant et laedebant aegritudines, aeſtimentur e). A cuius rei neglectu factum eſt inprimis, vt in rei damnum non theoria ſolum de aegritudinibus adeo adhuc eſſet a praxi earumdem aliena, vt tiro, ad praxin accedens, multa deberet magno labore tam dediſcere, quam addiſcere, nec facile poſſet aegritudinum naturam perſpicere. Pro! dolor enim non iniuſte medicina accuſatur, aliam eſſe theoriam, aliam praxin, quum, certe eaſdem eſſe debere, quiſque intelligat. Sed obiiciet forte quis: curationem variis variam eſſe, licet aegritudo eadem ſit, et leuamen, augmentum aegritudinis ab admiſſis variis varie explicari: at non difficulter reſpondetur. Primo enim non ſemper eadem omnino eſt aegritudo, cui vna tamen medendi methodo mederi ſtudent. Multi enim apoplexiam plethoricam, bilioſam, habent pro vna aegritudine, apoplexia nimirum. Hos errare, atque vbi delinquant, facile perſpicies, et mittes, niſi tum methodo medendi carere etiam poſſis. Deinde videas, quae medendi methodus potiſſimum iuuerit, et quamnam naturam et reliqua

e) Cf. introd. p. 46. 60. 61.

liqua adiuncta, et ipſa, ſuadeant, rationes autem auctorum, cur credant hoc illudue vel iuuare, vel nocere, niſi aliunde certa ſint, tuto mittas.

g. Chirurgia etiam in his negligi nequit. Licet enim haec ſeorſim ob praeſtantiam merito tradatur, tamen a medicina interna ſeparari fere nequit, quod vel idem obiectum tum cognitionem, tum medelam, et medici et chirurgi requirat, vel aegritudines chirurgicae in reliquis definiendis ſaepe iuuent, medicus etiam chirurgicas noſcere et diſcernere debeat, vt chirurgum, ſi eſt, bene dirigat.

h. Negligi vero debet in adumbrando aegritudinum ſyſtemate adeo vaga, quam plerique ſtabiliunt, aetiologia, quum adeo felices raro ſimus, vt veras cauſſas agnoſcamus: quare via potius incedendum eſt, qua vtilitas, quam cauſſarum ſcrutinium ſpondet, obtineri poteſt [f]).

i. Scriptores potiſſimum conſulendi ſunt, qui naturam aegritudinum in epidemiis, in noſocomiis rite conſtitutis, bene perſcrutati ſunt. Noli enim facile putare, ſcriptores, qui endemicas, epidemicas aegritudines deſcripſerunt, a praeiudicata opinione ſaepe non fuiſſe liberos, maleque obſeruauiſſe, non quae eſſent, ſed quae obſer-

f) Cf. introd. p. 38.

ſeruare vellent, vt deſcriberent aegritudines, quas dari huc vſque ignorabas. Quare vides, HALLERVM g) male caſtigaſſe EVGALENVM, „qui in eo nimius eſſet, quod omnes pene morbos ad ſcorbutum referret.„ Error in HALLERO eſt, quod paſſiones ſcorbuticas haberet pro morbis, morbum ipſum, et certe, quod inde arguas, aegritudinum naturam, ignoraret. Nimium enim EVGALENVM non fuiſſe in tradendis paſſionibus ſcorbuticis, aliorum fide dignorum comprobant obſeruationes, et res facile ipſa loquitur. Male certe multi in ſimilem inciderunt errorem, credentes, hunc omnes fere morbos deducere e ſcorbuto, illum e plethora, iſtum e vermibus. Quod etſi aliquando verum, ac ſcriptores, quid proprie vereque obſeruarent, neſcirent ſaepe: multi tamen male eiuſmodi ſcriptores diiudicant, naturam aegritudinum ipſi ignorantes. Certe multi ex oppoſito in eo nimii fuerunt, quod omnes fere paſſiones plethoricas, ſeu ſimili natura, eſſe crederent, alias, v. c. ſaburrales, bilioſas, putridas, negligerent: cuius opprobrii ſi magni olim viri, FR. HOFFMANNVS et BOERHAAVIVS accuſandi iure ſunt, quidni et tantam famam non conſecuti. Atque in his etiam, quod aegritudinum doctrina huc vſque non ſatis culta ſit, ratio continetur.

k. Sic

g) Bibl. med. pr. T. II. p. 275.

k. Sic ortam aegritudinum doctrinam ita in systema redigendam esse, certe adnues, vt tiro facile possit naturam omnium aegritudinum perspicere, ad praxin accedens obuiam agnoscere, GALENI h) et CELSI i) vestigia premens, medendi quoque methodum facile inuenire, et prognosin etiam certam dare, dum morbum magis spectat, quam passiones et symptomata, et periculum non a functionibus solum laesis, sed per energiae naturae ad morbum relationem aestimat, ipse etiam possit aegritudinum systema certius reddere, dum quae obseruauit, memoriae mandat, et publici iuris facit, ea vel comprobent characterem, vel hunc meliorem, certiorem, reddant.

Sed quid demum vtilitatis praestare poterit aegritudinum systema?

a. *In physiologia*, ad quam stabiliendam statum praeternaturalem corporis bene adhiberi, HALLERVS suo exemplo, ne dicam, comprobauit, at, posse tamen, ostendit, plus lucis exspectandum erit, quum aegritudinibus sic poteris vti, vt facilius ex stabilita naturali affinitate, earumque natura ad statum etiam naturalem certius concludas: modo caute semper statum praeternaturalem adhibeas.

b. Ae-

h) De loc. adf. l. 1. c. 2.

i) De med. praef. p. 9.

b. Aegritudines confideranti ipfi fyftema proficuum eft, vt naturam aegritudinum facile perfpiciat, affinitatem et difcrepantiam earum facile vlterius euoluat, et vbique cum paruo labore, quae defiderat, inueniat.

c. *Semiotice prognoftica* meliorem etiam conditionem nancifcitur. Per communia dogmata, huc vfque ftabilita, folis fere paffionibus, neglecto morbo, nitentia, faepe periculum metuendum videtur, aut fpes adfulget, licet euentus ea non confirmet. Neque enim, quae de crifibus auctores ftabiliuerunt, ad omnes morbos duci poffe videntur, nec, quae de periculo aegritudinum praecipiunt, in vniuerfum vera funt. Egregie Cel. STOLL k): „Non omnis omnino, inquit, aliena materies, intra humorum circulum recepta, vtut et fubigi, attenuari, expellique, id eft et coqui et critice euacuari debeat, modum diesque, ab HIPPOCRATE defcriptos, feruare videtur. Verior et obferuationibus recentiorum ftabilita dierum criticorum doctrina erit, fi ea *vnicae materiae phlogifticae*, in ipfo circulante fanguine natae, nec aliunde receptae adaptetur, vt ideo *foli morbi inflammatorii* certo dierum numero, certoue modo iudicentur. — Qui morbi reliqui criticarum perturbationum exempla fiftunt, id ha-

k) R. M. T. I. p. 66 fq.

habent a diathesi phlogiſtica concurrente.„ Quare ſi fuere, qui omnes omnino criſes proſcriberent, de aliis morbis loqui videntur. — Paſſiones vero, quibus periculum plurimum adiunctum eſſe ſtatuunt multi, ſi ſaburrae bilioſae, verminoſae, putridae, progenies ſunt, hiſque occurritur rite, facilius tolluntur. Exemplo ſint phrenitis, paraphrenitis, carphologia, conuulſiones. Videbis etiam, Cl. RIGLERVM prognoſes quaſdam HIPPOCRATIS et BOERHAAVII in morbo putrido non confirmatas vidiſſe [1]).

d. *Materia medica* ad maiorem certitudinem perduci poterit. Quod enim hoc medicamentum ad oppugnandam aegritudinem commendaretur, quod ei tollendae non ſufficere, clamaret alter, vterque ad experientiam prouocaret, alii, quid crederent, agerentue, neſcirent, id certe maximam partem ex eo deriues, quod morbos negligentes, et ſolas paſſiones attendentes, iudicium ferrent cl. viri, et hic medicamentum contra huius, alter contra alterius morbi paſſionem eamdem adhiberet. — Quare noua omnino cenſura indiget materia medica: plerique enim huius ſcriptores, ne dicam omnes, multo labore ſtabilire ſtuduerunt, medicamentum quoddam eſſe anodynum, antiſpaſmodicum, antiphlo-

1) Cf. l. c. p. 29 ſq. n. 19. 26. 27.

phlogiſticum, rel., ſed ad quemnam morbum eius vires proprie reſtringendae eſſent, neglexerunt, dum ad ſolas paſſiones reſpiciebant. At omnes remediorum virtutes ſunt tantum relatiuae ad aegritudines, maxime ad morbos, vt, quod antiphlogiſticum eſt in plethora vel anodynum, in alio morbo phlegmaſiam, doloremue augeat. Quae ſi vera ſunt, nonne luges medicinae ſtatum, qua de certitudine eius male conuicti, tuti et tranquilli, nihil agimus, quo poſſit ad certitudinem perduci? Methodicos ſe eſſe, medici cum ſuperbia clamant, magna etiam ſermocinatione empiricos reprehendentes, quales ſe ipſos eſſe, fatebuntur viri ingenui, qui praxin doctiſſimi et expertiſſimi etiam medici eruditam et dogmaticam empiriam eſſe, diffiteri nolunt. Quam pauca enim remedia (ſed laetus ſcribo, morbis tamen profligandis plurimis ſufficientia) ſcimus ad morbos, impetum, ſympathiam, ſeu paſſiones, et aegrotationes referre! — Erit etiam, quod aegritudinum ſyſtema augeat certitudinem materiae medicae, et doctrinam in vniuerſum. Quae enim pleriſque morbi certi paſſionibus profligandis inſeruiunt, in affinibus etiam iure experiri, et procul dubio congrua, confirmantia, deprehendes: quae ſi ſub omni paſſione morbo eidem profligando inſeruiunt, morbi ſpecifica erunt, veluti mercurius in

morbo venereo, cortex Peruuianus contra neurosin, praecipue periodicam.

e. *Therapia* etiam tali systemate adiuuatur. Quae enim iam ad numerum praecedentem adnotaui, ea potissimum huc spectant. Neque enim solum egregie constat, qui morbis occurrendum sit, dum huc vsque de methodo medendi certe nota ad eruendos characteres aegritudinum adhibita sunt, sed in posterum etiam, praeeunte CELSO, facilius patebit, quo modo passionibus in specie prospici debeat. Dum enim de curatione passionis instituenda dubitas, eam certe suscipere recte poteris, si analogam instituis passioni, ad morbum eumdem relatae, illique proximae. — Profecto autem therapia censura omnino indiget. Quemadmodum enim dubitari nequit, quin generalis iam sufficiat medico, qui aegritudinum systema et materiam medicam et chirurgicam probe callet, ita etiam nemo negabit, therapiam generalem esse a speciali abstractam, vt, nisi haec nitatur felici empiria, et dogmatica fiat per aegritudinum systema, nihil frugi a therapia generali exspectes. Errores in hac eaedem sollemnes sunt, atque in materia medica. Ad doctrinam de morbis vbique respiciendum est ei, qui enunciationes therapeuticas caute abstracturus est. — Exemplo

plo ſint aegritudines ſtationariae, intercurrentes, epidemicae. Etenim enunciatio, morbos intercurrentes ſanandos eſſe, vt morbum ſtationarium, vel eodem tempore graſſantem, vel qui paullo ante graſſatus eſt, egregie confirmat methodum noſtram. Etenim haec ſic interpretor, quod paſſiones ſic ſanandae ſint, vt morbus (ſtationarius). (Raro enim fiet, vt morbi alii intercurrentes cum ſtationario coëxiſtant, et peculiarem, morbo etiam ſtationario congruam, curationem deſiderent.) Quare quum SYDENHAMVS a. 1668. obſeruauit dyſenteriam, excipientem febrim varioloſam, curandam per antiphlogiſtica, vt variola, ego ſtatuo, et variolam et dyſenteriam pertinuiſſe ad plethoram ſeu phlegmaſias genuinas, atque per variam ſympathiam et impetum, tum variola, tum dyſenteria, ſtipatam eſſe plethoram: et methodum, qua dyſenteriam primo ſanandam ſuſcepit per cathartica et adſtringentia, ideo noxiam fuiſſe, quod non medebatur ſic morbo, ſed contra paſſionem, (ſubſtituendo alium morbum) remedia adhiberet. Simili ratione in morbo epidemico omnes fere paſſiones ſimilem curationem admittunt, vt tamen adeo tutus ne ſis, et ex epidemia ſola ad morbum eumdem in aegro citra examen concludas, et ſimilem, vt in reliquis, curationem inſtituas. Fit enim, vt occurrat

peculiaris morbus. Vbique potius epidemici et ſtationarii morbi rationem habeas, quare eos vbique et omni tempore cognitos habeas.

f. Ex quibus modo dictis non difficulter etiam intelliges, in ſpecie practicorum neminem adeo facile et feliciter aegritudines ad lectulos aegrotorum rimare poſſe, niſi ſyſtema tale cognouerit. Facile enim ad finem perducet examen ad lectulum aegroti, inquirens primum, quid morbum expediat, huius ſigna coniungendo, modo liceat per varia aegrotorum obſtacula; inquiret deinde, quid paſſionem expediat, vnde quae aegrotatio ſit exſpectanda, quae prognoſis et medela ſit inſtituenda, facilius conſtabit. Simili ratione bonas facili breuique negotio componere obſeruationes poterit, quibus ipſe, et ſi edit, alii poſſint cum fructu tuto vti, atque a loco remotum medicum de aegroti ſtatu ita inſtruet, vt hic de medela congrua commendanda facile poſſit ſtatuere.

g. Similia his *de chirurgia* valere, ſi, quae ad hanc ſpectant, aegritudines ſuo congruo loco propoſitae ſunt, nemo, ſpero, negabit. Sic, vulnera ſaepe tamquam paſſiones morbi bilioſi, putridi, conſideranda et curanda eſſe, clari viri adnotarunt.

h. *Me-*

h. *Medicinam* etiam *publicam*, quam dico, recte inde definiri, quis neget? Certe nec de morbis, atque inde motis quaeſtionibus, nec de vulnerum vel ſanabilitate vel letalitate, rite ſtatuere quis poterit, niſi aegritudinum naturam per congruum ſyſtema probe perſpectam habuerit. Neque, hac cognitione deſtitutus, de conſeruanda ciuium ſalute per varia prophylactica praecepta, per medicinam facientium ſubiectorum definitionem rite ſtatuere quis poterit. Quare dubites, num, quae, nuper in duabus terris inſtitutae ſunt leges ad conſeruandam ciuium ſalutem, per ſubiectorum definitionem commendatam, licet a Cel. Viro promulgatae, rei ipſi ſatis reſpondeant: comparaturus enim leges cum aegritudinum ſyſtemate facile in contrariam ſententiam abiturus erit.

i. Efficiet etiam congruum aegritudinum ſyſtema, vt de vero pretio librorum, ad aegritudinum doctrinam, ſemioticen, materiam medicam, therapiam, chirurgiam, medicinam publicam, ſpectantium, rite ſtatui poſſit, quod quantum huc vſque a vero ſaepe diſtet, facile perſpiciet, qui denuo ſyſtematis aegritudinum ideam concipiens, libros hos, illos ad examen reuocaturus eſt. Eheu quantum merito pretium librorum laudatorum celebrium auctorum alienabitur!

tur! In aegritudinum naturam inquire et lege BOERHAAVIVM, quem credidisti naturam esse secutum, naturam descripsisse! Quid iudicabis? si, praeeunte LINDIO, de scorbuto doctrinam, me suadente, v. c., doctrinam de febribus, rel. ad examen reuocare placeat.

k. Fiet demum, spes est, vt medicina ad eum certitudinis gradum sensim euehatur, ad quem vtinam iam dudum euecta esset! et quem, quod videtur, iam obtinuisset, si olim GALENVM non tam sequi, quam intelligere, — et legere certe, studuissent. Fiet, vt non adeo contemta medicina sit ob opinionum magis, quam veritatis, cumulum, ob discrepantiam theoriae et praxeos. Fiet, vt clima, temperamentum, vitae genus, sua ratione iam vsurpata, vlterius citra damnum negligi possint, licet clinicum iuuent. Fiet, vt quum systema aegritudinum quis struxerit, quem sequi placet, aegritudines, missis sermocinatione et verisimilitudine mera, vt plantae secundum LINNEVM verbo, citra confusionem designentur.

Nonne autem, tot et tantas vtilitates a systemate aegritudinum redundaturas aestimans, miraberis omnino, qui factum sit, vt nemo huc vsque de condendo systemate cogitauerit?

uerit? De neceſſitate, vtilitate huc vſque non videntur fuiſſe perſuaſi. Quodſi admodum vtilem et neceſſarium putes, quomodo defectum ſupplebis? Vide, quem eligas in aegritudinum doctrina praeceptorem, quem ſequaris? Pathologiae doctores viſne? Num aegritudinum naturam perſpexerunt, loco dignitatis, affinitatis, characterum congruorum, vagam de cauſſis ſermocinationem inſtituentes, methodum medendi omnino negligentes: male definientes morbum et ſymptomata, adeoque morbum cum paſſione, paſſionem cum ſymptomate toties confundentes, certe non abſque damno? — Viſne ſequi noſologiae conditores? Solent, pathologorum penuriam, errores, perſpicientes, in praxeos initio eo confugere; ſed et hic rem non eſſe acu tactam, quis neget? Multa habes, quae credas in praxi nullius eſſe vtilitatis, quum affinitas, dignitas aegritudinum naturalis omnino neglecta ſit, et aegritudines omnes, morbi, paſſiones, ſymptomata, mixta tradantur: omnes enim fere affinitatem artificialem male naturali praetulerunt. — Aegritudinum naturam certe ii magis perſpexiſſe videntur, qui ſymptomatum nomine, non adprobantibus vero plurimis, omnes eas aegritudines inſigniuerunt, quae in pathologia conſiderabuntur: neque hos tamen ſatis tuto ſequi poteris.

Igitur

Igitur ſolum tibi ſupererit deſiderium, vt quis aegritudinum ſyſtema componat. Nonne autem vides, non ita facile poſſe componi? Vnus, ſagax, optimus, perſpicax, ſenex medicus, non ſufficit conſcribendo, ſi deſideras, vt e propria penu deſumat omnia. Libros caute conſulens, etiam iunior ſufficiet: qui tamen, licet leges laudabiles in conferendis libris ſequatur, euitare non poterit, quo minus ipſum fallat conſuetudo et familiaritas opinionum, theoriae ſtabilitae, huius illius rei in obſeruationibus hiatus, ſui ipſius, id eſt, hominis, ingenium. Igitur, quae minus recte edixit, vt corrigant, ſuppleant alii, in votis erit.

Quae hactenus propoſui, fateor, deterrere me potius, quam excitare ad eiuſmodi laborem ſubeundum debuiſſent: at vicit demum vtilitas et neceſſitas laboris. Poſtquam enim cauſſas, cur huc vſque aegritudinum affinitatem naturalem inquirendam neglexiſſent, quaeſiueram, leges, quae ſeruandae eſſent ab eo, qui aegritudines in ſyſtema redigere ſtuderet, erueram, atque vtilitatem in me redundaturam, in praxi potiſſimum inſignem, aeſtimaueram, euolueram etiam, quae de variis, ad aegritudinum naturam facientibus, in aduerſaria retuleram, ante aliquot annos conſilium cepi, in propriam vtilitatem conſcribendi aegritudinum ſyſtema, quod,

niſi

nisi alius antea melius ederet, aut spem melioris faceret, editurus etiam essem. Atque in proposito meo me confirmauerunt etiam clarorum virorum de tali omnino labore iudicia, quorsum referas HEBENSTREITII, ab aliis etiam laudatum, *ordinem morborum caussalem*, qui paullo post, quam labori insistebam, ex parte in manus incidit, absoluto iam labore, integer ex GRVNERI editione mihi constitit.

Quoniam autem in magnis voluisse sat est, spero te, L. B., consilium, quod cepi, edendi aegritudinum systematis ita esse suscepturum, vt, suscipias, rogo. Absolutum me habere opus, ne credas, qui ipse, errores et hiatus dari, lubenter agnoscam: sufficiet tamen mihi, si aliquantum melioris defectum supplet, quo tam diu mecum vti placeat, cum aliquali vtilitate, donec vir grauis, ad hunc laborem subeundum et perfectius absoluendum incitatus, ediderit tale, quale omnes, quibus vita hominum cara est, merito desiderant.

Quomodo laborem peregerim, id quidem ex iam propositis legibus, quas secutus sum, ceterum vero e rei ipsius lectione (quam ordini respondentem, neutiquam leuiter et vage institutam desidero) cognoscere poteris, nisi librum abiicere placeat. Videbis,

me

me in veteres et recentiores aequum, veſtigia illorum, a multis male neglectorum, et horum preſſiſſe, nihil facile putans, quod bonum et vtile eſſet, a me poſſe proficiſci, (niſi hiatus aliquando ſuppleat, aut diuerſas opiniones componat, ad rem denuo perquirendam alios incitet) verumque dixiſſe *Baconem de* VERVLAMIO, eſſe, quo quis ad doctrinam colendam neceſſitate quaſi, per labores et praecedentium et aequalium aetate per ſtatum ſcientiae, quam colit, ſponte quaſi abripiatur, vt parum omnino gloriae tribuere ſibi poſſit, vel noua inueniat, vel et olim et nuper dicta ita componat, vt noua oriatur doctrina. Nihil etiam, licet in eiuſmodi obſeruationem aut animaduerſionem ſponte inciderem, quae ſcirem aut cognoſcerem ab aliis iam eſſe vel obſeruata vel animaduerſa, mihi ſtudio arripui, ſuum cuique tribuens, vt tamen non vltra darem, quam res et aequitas vellet.

Quare, e quibus hauſi, fontes, tum veteres, tum recentiores lubenter indicaui, vt morborum, paſſionum, ſymptomatum, teſtimonia colligerem, et illorum exiſtentiam, alia forte ratione quibuſdam interdum ſuſpectam, ſufficienter vindicarem, tamen ſimul euitarem, ne facile quis auctores excitandi pruritu me laboraſſe, iure videretur accuſare. Atque ob dictam rationem admiſi etiam, quam ipſe

ipſe lectione libri non comparaueram, ſed a nonnullis fide dignis excitata deprehenderam rarorum librorum copiam, ne teſtimoniorum maneret hiatus. Quare condones, ſi aliquando *vere* allegata ſcriptorum loca teſtimonium denegatura ſint.

In vniuerſum ſtudui ſeruare dogmata atque aegritudinum recepta nomina, et niſi ab omnibus, a multis ſaltem vſitata; ambigua tamen, erronea proſcribere, noua componere, quae aut breuiora, aut magis congrua videbantur, vt confuſio euitaretur, non dubitaui.

In *introductione* expoſui, quae credebam ad rem noſtram facere, dubitans adhuc, num, qui lecturi ſint, a conſueta ſua theoria qualicumque non penitus alieni, hic illic inueniant, quae ad argumentum minus ſpectare arbitrentur: at, licet directe non ſpectent dicta, auctorum etiam loca, indirecte ſaltem ex illis enunciationem neceſſariam arguere poteris: quodſi in his arguendis te ipſum fallas, nolis me erroris accuſare, quo, non negabo, me non numquam vere et iure accuſare poteris: quidni enim fatebor, hominem me eſſe?

Idem de pathologia et noſologia ſtatuito. Et *pathologiam* quidem *generalem*, videbis,

debis, me voluiſſe ſaltem ita proponere, vt ſit abſtracta paſſionum theoria, quae ad paſſiones in ſpecie, morbis quaſi per paſſiones diuiſis, ea quidem ratione adplicari poſſit, vt in pathologia ſpeciali tuto omitterem, quae in generali iam, ad characterem paſſionis conſtituendum, propoſita ſunt. Quoniam vero plurimi auctores, ne dicam omnes, ſymptomata morbi et paſſionum ita miſcent, vt haec illa ſaepe cum difficultate ſeparare poſſis, paſſionem ſaepe verbo tantum indicant, et dubitari ſaepe debet, num vere ſubintelligenda ſit, quam indicant, paſſio, nomina enim paſſionum ſaepe minus recte vſurpant, neſcio ſane, an, omnem errorem cauere, in me fuerit. Interdum autem conſulto paſſionem illuc duxi, quo pertinere videbatur potius, quam denominatio iubebat.

In *noſologia*, quam primus iterum a pathologia diſcernere ſtudui, pari fere ratione characteres dedi, vt ſcilicet in pathologia ſpeciali repetitio recenſus ſymptomatum morbi, ſeu epigenematum, euitaretur.

Quare *pathologia ſpecialis* breuior longe eſt, ac futura eſſet, ſi quis, vt ſolent, vbique aut omnia, aut multa commemorat et repetit, quae vel ad morbum, vel ad paſſionem, ſpectant. Atque in hac etiam admiſi methodum medendi commendatam ab aucto-

ribus,

ribus, vt vel methodus, in noſologia ſtabilita, et vbi dubitare facile potuiſſes, comprobaretur, vel initium proprioris cognitionis naturae paſſionum fiat. Placuit autem in hac paſſiones coniungere, quae ad vnum morbum pertinent, non, quod aliis forte magis arriſiſſet, paſſiones varii morbi eaſdem coniungere. Methodo enim noſtra fieri poterit, vt tum videas, quae affinitas et diſcrepantia forte in quoquo morbo ſit, tum cui medendi methodo deſtituta paſſio ſit proxima. Vbi per obſeruationes conſtabat de ſymptomatibus, ad paſſiones enarrata ſunt, vt tamen vel hiſtoria paſſionis vere daretur, vel character per ſingula ſymptomata ſtabiliretur, vel nihil omnino, praeter auctorum teſtimonia, in medium proferretur, prout optimum videbatur. Sed in his certe plura emendanda ſupererunt m).

Quaeriſne autem, qua ratione morborum et paſſionum characterem eruerim? Hanc ſecutus ſum legem.

Quae characterem *morbi* prae ſe ferebat, aegritudinem, tamquam morbum poſui, atque

m) Inter cauſſas, quod affinitas aegritudinum naturalis huc vſque fere neglecta omnino ſit, ea ſunt, quae medicinae incrementum in vniuerſum retardant, quorſum iuſto maior veterum aut recentiorum reuerentia et cul-

atque epigenemata erui, dum ex iis, quae ad morbum ſpectabant, paſſiones, decurſum, aegrotationes, methodum medendi attendebam et ſecernebam. Quae deinde *paſſiones* eſſe cognoui, earum characteres erui inquirendo, quae reſtarent obuia, poſtquam morbi character, idemque differentiae paſſionis (patho-

cultus, chemiae, aut anatomiae, aut matheſeos, iuſto maior aut minor aeſtimatio, partis medicinae peculiare ſtudium, vt omnium nexus negligatur, nec theoreticae ita colantur, vt in praxi facile adhiberi poſſint. Ea, qua incedo, via, niſi me fallunt omnia, et vltra in praxi progredi poteris. Si tunc ponis, ad quos omnia reducenda erunt, coctionum modos, atque harum natura in genere ſtabilita, in ſpecie omnes tum morbos, tum paſſiones contemplaris, materiam medicam, ſemioticen prognoſticam, therapiam et chirurgiam eadem ratione tractare poteris.

Pone enim haemorrhagiam tamquam coctionis modum: et videbis num ſalutis, an exitii ſpem excitet in morbis, v. c. plethora, ſcorbuto, paſſionibus v. c. apoplexia, pleuritide: videbis, num adiuuanda, an ſupprimenda, moderandaue, tum in morbis, v. c. plethora, ſcorbuto, tum paſſionibus v. c. apoplexia, pleuritide: videbis et quomodo, num adſtrictione, an relaxatione, et num ſtimulantibus, an ſopientibus, porro cuius indolis haec eſſe debeant, an roborantia, amara, martialia, actu frigida, an calida, emollientia, an ſalina, acidaue, an alcalina, an neutra? rel.

Poteris certe in his omnibus ſeruare eumdem ordinem, et vere debebis, quem ſecutus es in aegritudinum ſyſtemate, cui, ſi vtilitatem vt praeſtent, volueris, oportet, reſpondeant.

thognomonica diagnoſtica) ſeparatus erat: vt illa ad pathologiam generalem, haec ad ſpecialem, morbo reſpondentem, referrem. Sic nati ſunt morborum, paſſionum, characteres, vt tamen, quod iam in medicorum ſcholis ſollemne eſt, exſpectare nequeas, fore, vt omne ſymptoma vel morbi, vel paſſionis, aliudque deſignans, ſub omni vel morbi vel paſſionis conditione, *cum reliquis coniunctum* ſemper occurrat. Sufficit ita deſcriptus character, vt ex datis, his illis interdum neglectis, vel morbus, vel paſſio, vere erui et agnoſci poſſit.

Sed in his, praecipue paſſionibus, alia occurrit, quae ad ſedem, ſeu locum adfectum, ſpectat, difficultas. Ad eum per ſenſum aegroti concludi non poſſe cum GALENO V. C. HEBENSTREITIVS agnouit. Sic, vt exemplo vtar, inteſtinorum dolor ſaepe ad cutim, quae ani marginem conſtituit, dolor veſicae colli ad extremum balanum refertur. Comparatio etiam viuorum ſenſationum, aliorumque ſymptomatum cum iis, quae anatome talibus aegritudinibus demortuorum oſtendit, licet vtilis omnino ſit, omne dubium tollit, ſiquidem metuendum eſt, ne effectus pro cauſſa habeatur, vtque pars credatur adfecta fuiſſe, aut certa ratione conſtituta, qua caruit in viuis. Phrenitis, pleuritis, haec ſufficienter vin-

vindicant. Nihilo tamen minus his omnibus coniunctis et caute adhibitis, neque iis neglectis, quae ab auctoribus multo ſaepe, nec infelici labore et frequenti obſeruatione ſtabilita ſunt, licebit omnino paſſionibus locum attribuere, quamuis non ſit omni exceptione maior.

Ceterum in adumbrando charactere, quod ſupra requiri oſtendi, cl. virorum obſeruationibus vſus ſum, vt tamen, quae videram ipſe, (vidi autem, quod cum admiratione recordor, non adeo paucos tum morbos, tum paſſiones) aliorumque animaduerſiones, ſi quid lucis ſponderent, non negligerem, et quod viderim, ſi pauca huc vſque teſtimonia exſtarent, tum meum etiam profiteri nomen, non dubitarem.

Ab hypotheſibus (quas tamen inuiti non numquam ſequimur) abſtinere ſtudui, admiſi autem interdum, ne manerent hiatus: vt tamen haec, ſi placeret, aut confirmares, aut per veri cognitionem fugares, a reliquis vt diſcernere poſſes, ſtudui.

Quodſi demum, inito conſilio et peracto labore conditum a me ſyſtema aegritudinum et ſimul totius medicinae ſtatum, et multorum cl. virorum opiniones, contemplor, du-

dubius haereo, num bene agam, quod edam. Tantus enim omnino labor fuit peragendus, cui exfequendo imparem me effe, forte diu fentire debuiffem; forte enim fola laudanda voluntas eft. Imo fi approbent non pauci, quid a plurimis exfpectem? Sunt, qui opera pathologica, nofologica, quae dicunt, materiae medicae, therapiae, femiotices, confcripferunt cl. viri, quos, fi approbarent fyftema aegritudinum, oporteret fateri, plus minus fe a vero aberraffe, et docuiffe, quae vere admitti non poffunt, aut longe aliter dici debuiffent. Sunt, qui in longa amplaue praxi fua fexcentos aegrotos, aut fanitati reftituerunt, aut morti tradiderunt, aliam longe de aegritudinibus doctrinam fequentes. Qui homines nofcit, num ignorat, quantum plerofque erroris agnitio angat, quam facile eum conuincere aut arguere errorum foleant, qui, vel vera fint, vel falfa, noua tamen protulit, quae, a communi opinione vt recederetur, iuberent: quid igitur praemii laboris exfpectem? Vt compilatorem, reformatorem, clament, vt bona forte cum minus recte dictis abiiciant, vt eadem maneant omnia, ac fuerunt, licet agnofcant, quae mutanda fint? Rem au-

tem meam non agi, iam dixi: agitur res medicorum clarorum omnis aetatis, me tantum interprete. Quidquid igitur iudicetis, Lectores aequi, id aequo feram animo. Id volo, qui iudicium ferre dubitatis, qui aliorum iudicia colligere soletis, qui publicis censoribus, saepe vos fallentibus, fidem tribuere recusatis, vt censores agnoscatis, quos vt constituam, res iubet, viros, omni in veteres et recentiores aequi animi, eruditionis, famae, fidei, experientiae laude spectatissimos, laude mea maiores, perillustres et experientissimos viros: L. B. de ASCH, O. ACREL, G. E. BALDINGER, G. C. BEIREIS, H. CALLISEN, C. A. COTHENIVS, G. v. DOEVERN, I. F. G. GOLDHAGEN, W. GRANT, C. G. GRVNER, I. C. KEMME, C. LORRY, F. H. L. MVZELL, E. A. NICOLAI, E. PLATNER, I. PRINGLE, A. G. RICHTER, M. SARCONE, A. DE STOERCK, M. STOLL, C. STRACK, I. S. D. TISSOT, B. L. TRALLES, D. G. TRILLER: quorum de labore iudicia et monita, vt magno desiderio exspecto atque efflagito, ita vos omni fide accipiatis. —

Si qui fuerint, qui, arrepta omnino occasione, censura iniqua, laborem perstringant, his certe numquam respondebo, si alii

alii aequae, commiſſos errores vere oſtendenti, et bono in rem publicam animo nitenti, cenſurae librum ſubiiciant, id lubenter feram et grate accipiam, ſed, niſi grauiora argumenta ſuadeant, dubiis, reprehenſionibus, non reſpondebo, ratus, ſuperflua me acturum, niſi dubiis ipſe liber et aequus cenſoris animus ſoluendis ſufficiat.

Si adprobaturi ſunt aequi cenſores, celebres viri, laborem, quem iam coram habeo elaboratum, tomum alterum ſyſtematis, qui comprehendit pathologiae ſpecialis reliquam partem, nimirum praeter paſſiones morborum, qui ſuperſunt, aegritudines aetatis et ſexus, traumaticas et ſymptomatologiam, mox editurus ſum. Si ſecus, ſufficiat hic tomus, qui, quantum licebat, etiam abſque altero ea, quam conſequi a me poterat, vtilitate ne careret, ſtudui. Quare et indicem adiicere non dubitaui, vt facilius nomina; interdum TIBI forte minus nota, eorumque locum inuenias. Indicaui etiam *corrigenda*, ne errores typographici, quos cauere omnino non potui, ſenſum turbarent forte: quae ne adeo adaugerentur (quod metuendum erat) propoſitum facile ſuſtuli, vt patho-

thologiam etiam ſaburrae, plethorae, pyogeniae, catarrheumatis, iam ederem. Quare ſub felicioribus typorum auſpiciis exſpectes in tomo poſteriori, cuius ſi prioris editio excitatura ſit deſiderium. Ita vale et conaminibus noſtris faue! Scribeb. Hall. Magd. a. d. III. m. Maii clɔiɔcclxxxi.





1.

Systema aegritudinum exponit earumdem *affinitatem*, seu sub certa determinatione spectatarum conuenientiam. Comprehendo autem sub *aegritudinum* voce id omne, quod GALENUS olim, sub *symptomatis* voce, in sensu latiori vsurpata, colligi posse, ratus est: „*symptoma*, inquiens, est, quidquid praeter naturam animali accidit;„ ita, vt praeter *morbos*, horum etiam *caussas*, *epigenemata*, *passiones*, *adfectus*, et *symptomata*, strictius dicta, colligeret, quibus ego *periodum*, *typum*, *crises*, *solutiones*, et *aegrotationes*, quantum e re esse visum est, addere non dubitaui a).

2.

Vt vero constet, de quo sermo sit habendus, satius erit, aegritudinum constituere essentiam, et, quam late pateant, definire.

A Omnes

a) Cf. GALENUS *de differ. sympt.* c. 1. 2. *de loc. adf.* l. 1. c. 3. *meth. med.* l. 1. c. 6 - 9. l. 2. c. 1. sq.

Omnes autem medici, tum veteres, tum recentiores, praeter ſolum forte *Olympicum*, cuius GALENVS meminit, aegritudinem ſanitati contrariam ſtatuerunt, aliam illius definitionem daturi, prout huius aliam poſuerant eſſentiam. Igitur aegritudinum naturam ſcrutaturi, ſanitatis prius ideam eruamus, atque ob huius cum vita nexum, vitae etiam eſſentiae meminiſſe, iuuabit, oportebit.

Itaque *vita*, ſeu natura, eſſentia hominis, conſiſtit in *virium*, ipſi propriarum, commercii perduratione; quemadmodum *mors* eſt ſublatum virium, homini propriarum, commercium. Sunt autem *vires hominis*, *animus*, vis videlicet ſui conſcia, vnica, ſimplex; *anima*, vis repraeſentans, ſentiens, appetens, non ea quidem omnino ſimplex, nec ſpontanea, nec ſui conſcia, attamen vnica homogenea materia, cerebrum, neruoſque implens; denique *vis*, *vitalis* dicta, non ſponte quidem, ſed excitata, per ſe agens, multiplex, et tum ſolidis, tum fluidis, corporis, eorumdemque tum mixtioni, tum ſtructurae, tribuenda.

Igitur *ſanitas* eſt aequilibrium virium, ſeu potentia, proportionatas viribus ſuſcipiundi actiones, id eſt, tales, vt agente vna vi, reliquae potentiam ad agendum ſufficientem ſeruent. Hinc *aegritudo*, ſanitati oppoſita, eſt ſublatum virium aequilibrium, vt actionis, vel potentiae ad agendum, vis vnius aut exceſſu, aut defectu, reliquarum ad agendum potentia, aut actio, delinquat [b]).

3.

b) Cf., qui altis ſuperciliis haec legit, ſcripta V. Cel. PLATNERI, MEDICVS.

3.

Vt iam in ſpecie aegritudinum eſſentiam definiamus, GALENVM iterum audiamus, qui recte tum in ſanitate, tum in aegritudine, quatuor diſtinguenda eſſe docuit: nimirum actiones, conſtitutiones, quae eas praecedunt, et ſequuntur: ſeu mutationes ſtatus, eius potentias, ſeu facultates, cauſſas, et phaenomena, ſeu ſymptomata in aegritudine. „ Igitur ſtatus praeternaturalis quatuor dantur differentiae, inquit. Vna ipſius functionis vitiatae; altera eius, qui hanc peperit, adfectus; tertia cauſſarum, quae ipſae praeceſſerunt adfectum; quarta ſymptomatum, quae neceſſario ſequuntur. „ Quid igitur morbus ſit, inquirens GALENVS pergit: „Vel haec omnia coniuncta morbum eſſe, vel horum quaedam, aut vnum modo. Omnia coniuncta morbum eſſe, neminem voluiſſe, ſed ſeparaſſe quemuis cauſſas morbi et ſymptomata, quae morbum ſequuntur, homini tamen non officiunt. Ergo his ablatis, inquit, in alterutro morbus ponendus erit, vel in functionibus (actionibus) adflictis, vel in adfectibus, quae has edunt. Fuitque et antiqua ſane de hoc controuerſia, et hodie diſſident inter ſe omnes, non modo medici, ſed etiam philoſophi, alii ipſius actionis vitia, alii adfectus, vnde actio prouenit, morbos nominantes. Sed de nominibus litigant. Conueniunt in eo omnes, ad adfectum, qui functioni obeſt, curationis conſilia eſſe dirigenda. Nemo enim v. c. ſanat claudicationem, ſed adfectum, qui hanc efficit, veluti phlegmonem, ſi eius vitio claudicatur. „ Atque alibi, morbum opponens ſanitati, quam non operatione, ſed potentia, definiendam eſſe ſtatuit, *idem*, morbum

bum ſtatuit eſſe : „laeſam potentiam operationis; laeſae operationis cauſſam; praeternaturalem corporis conſtitutionem, et cauſſam, qua actio laeditur; diſpoſitionem praeter naturam, actionem impedientem *primum*, id eſt, *per ſe* (vt *ſecundum*, *per accidens* ſtatuit): magis conſentaneum eſſe rationi, morbum appellari adfectum praeter naturam, qui functioni officiat c)."

4.

Itaque I. *Morbi natura* conſiſtit in oeconomiae corporis humani a ſtatu naturali alienatione, tollente virium aequilibrium, ſeu inducente impotentiam, ſuſcipiundi actiones, quibus homo ſanus par eſt. — „Quare hoc plane puerile eſt, inquit GALENVS d), eo, quod numquam morbum ipſum ſolum per ſe videris, idcirco putare, morbum non eſſe."

II. *Symptomata* ſunt ſenſibiles qualitates corporis alienatae, ſeu receſſus a ſanitate, qui homini non, plus, minus, officiunt e).

III. *Epigenema* eſt ſolius morbi ſymptoma f).

IV. *Inſignia morbi ſymptomata*, *ſynedreuonta* ſymptomata, GALENI g); morbi deuteropathici, ſymptomatici, ſympathici recentiorum, empiricorum veterum *ſyn-*

c) Cf. GALENVS *meth. med.* l. 1. c. 8. 9. l. 2. c. 1. 3. 6. *de loc. adf.* l. 1. c. 3. *de differ. morb.* c. 2. 7. *de ſympt. differ.* c. 1. et VALLESIVS *Controv.* l. 4. c. 1. conſentiens in morbi definitione.

d) meth. med. L. II. vlt.

e) GALEN. de differ. ſympt. c. 1. meth. med. l. 2. c. 1.

f) GALEN. de diff. ſympt. l. c.

g) de ſympt. differ. c. l. aphor. C. I. 12.

ſyndrome h), ſunt laeſae functiones ſeu operationes, ſeu complexus ſymptomatum, cui attribuitur certa conditio, et ſolet ad partem quamdam corporis, aut praecipuum quoddam ſymptoma reduci, ad quae reliqua referantur. — Et pars quidem, ad quam ea referuntur, quamuis vere non ſit praeter naturam conſtituta, dicitur *adfecta*, monente GALENO i). Quare et nominare licet *adfectus*. Quoniam vero etiam morbi effectus ſunt, vt conſtabit, igitur rationem ſtatus ſui non continent, poterunt ea quoque *paſſiones* dici, *pathos*, *pathema*, *Graec.* vt HIPPOCRATIS, k) GALENI, (etiam CAELII AVRELIANI acutae et chronicae) germ. *Sucht.*

Neque vero repugnat GALENVS, haec ſymptomata inſignia, vocare *paſſiones*, dum functio partis mutata, vel ſyndrome, nulli peculiari parti adſcribenda, eadem manet, *adfectus* autem, ſi viciſſitudines ſubit. l)

V. *Cauſſa* denique eſt id, quod rationem aegritudinis in ſe continet. — De reliquis ſuo loco.

N. GALENVS *corpora* habet oculum, linguam, aurem, crus, rel.; viſum, auditum, ſermonem, inceſſum, *actiones* m). Oculus itaque continet potentiam viden-

h) „Empirici *ſyndromen* appellandam cenſent congeriem ſymptomatum, quae in adfecto ſunt loco.„ GALEN. meth. med. II. 4.

i) De loc. adf. l. 1. c. 2.

k) Habet νόσημα, νόσος et πάθος, de qua voce cf. GALENVS. Comm. 3. in aphor. 28.

l) Cf. *idem* de loc. adf. l. 1. c. 3. et meth. med. l. 2. c. 3. de ſympt. diff. c. 1. a. f.

m) Meth. med. l. 1. c. 7.

videndi, visus ipse actio est: si illa laesa est, laeditur actio per illam conditionem praeternaturalem, hinc laesa videndi potentia potest morbus dici; actio vero laesa, visus abolitio, est passio. Itaque tum constat, qui factum sit, vt morbi notio magis extensa sit, quam par esse videretur merito, tum quod distingui et possint, et debeant, morbus et passio, tum quod, si morbos ita definis, dentur morbi *vniuersales*, et *particulares* aliquando, seu *topici*, parti adscribendi.

5.

Aegritudinum, modo dictarum, *affinitas* altera *essentialis*, *primaria* est; altera *accidentalis*, *secundaria*. Et *haec* quidem est aegritudinum conuenientia secundum attributa externa, illa secundum naturam seu essentiam, id est, caussalis. *Accidentalis* cuique aegritudini conuenit, *essentialis* e contrario vni tantum respondet aegritudini.

Igitur aegritudines primum, quo idea earum sufficiens habeatur, secundum essentiam suam enarrare placet, vt, quum hae modo caussas, modo morbum, modo adfectus, modo passiones, et symptomata, constituant, luculenter deinde constet, quo sermo tendat.

Quarum *aegritudinum* omnia *subiecta* en! haec sunt.

I. CONTINENTIVM PARTIVM.

A. COHAESIONIS:

a. *Debilitas* est fibrarum nisus cohaerendi tam paruus, vt non sufficiat functioni suae rite peragendae.

α. *citra metum dissolutionis:*

1. *La-*

1. *Laxitas* eſt debilitas partium mollium, qua fit, vt facile vltra modum extendantur et dilatentur.

2. *Inertia* eſt debilitas partium elaſticarum, qua fit, vt poſt motus ſuſceptos in priſtinum ſe non reſtituant.

3. *Flexilitas* eſt debilitas oſſium, qua formam ſuam non ſatis tuentur, potentiiſque admiſſis nimis facile cedunt.

b. *cum metu diſſolutionis:*

1. *Teneritudo*, *gracilitas*, eſt debilitas partium mollium, ea, vt facile rumpantur diſtractae.

2. *Tabitudo* eſt teneritudo delicata, a mixtione vitiata, vt mole decreſcant, friabiles fiant partes molles.

3. *Fragilitas ſpongioſa* eſt debilitas oſſium ea, vt per leues motus rumpantur.

4. *Fiſſilitas* eſt debilitas partium tenaciorum, vt a leui motu rumpantur.

b. *Rigiditas* eſt fibrarum in cohaeſionem niſus tantus, vt diſtractioni iuſto magis reſiſtant n).

a. *Firmitas inſuperabilis:*

1. *Tenacitas* eſt rigiditas partis mollioris, diſtractionem magnam abſque ruptura ferentis.

2. *Durities* eſt rigiditas partis mollioris, ſuetis viribus non cedentis.

b. *Fragilitas vitrea* GAVBII eſt rigiditas oſſium, aut partis mollioris, a leuiori potentia diſſilientium.

B. *Vis*

n) Comm. Lipſ. IX. 441.

B. VIS CONTRACTILIS:

a. *Mortuae* (cellulosae telae, reticularis et stipatae, tum adiposae).

a. contractilitas aucta, seu *spasmus* o).

b. contractilitas imminuta, seu *atonia*.

b. *Vis insitae*:

a. *Irritabilitas*, p) naturalis irritabilitas aucta, *spasmus*, *erethismus*.

α. *Tremos*, *Tromos*, *Graec.* palpitatio in motu constitutis aucta.

β. *Palmus*, *Subsultus*, palpitatio in quiescentibus aucta.

1. *Tetanus*, distentio q), palmus cum rigida immobilitate r).

2. *Conuulsio*, est palmus antagonistarum alternans.

γ. *Irritabilitas, producens motus inscios.*

δ. *Ecstasis*, irritabilitas, stimulo interno tantum obediens.

ε. *Catalepsis*, irritabilitas, stimulo tantum externo obediens s). Hinc *irritabilitas* est vis insitae adeo facilis mutabilitas, vt a leuiori stimulo motus, nec huic, nec functionibus corporis respondentes, sequantur.

b. *Tor-*

o) CAEL. AVR. ac. III. 7. Exemplum sistit hydrophobia. Cf. *James*. *Comm.* *Lips.* XI. 483.

p) *Saltus* CAEL. AVR. ac. III. 7.

q) CAEL. AVR. ac. III. 6.

r) Topicus. Comm. Lips. X. 148. XI. 529.

s) Topica vaga. Med. obs. and Inq. vol. I. p. 230. Comm. Lips. VIII. 311.

b. *Torpor* eſt vis inſitae adeo imminuta perceptio ſtimuli, vt contractiones muſculorum paruae non ſufficiant peragendis functionibus.

N. In ſpeciebus irritabilitatis fere omnibus praeſto ſimul eſt torpor, dum irritabilitas et torpor alias partes tenet, vt vtriuſque potius effectus ſint.

c. *Pareſis*, facultas, ſtimulum percipiendi, aut motum producendi, deleta.

C. VIS SENTIENDI:

a. *Senſibilitas*, vis ſentiendi excedens.

b. *Inſenſilitas*, ſentiendi vis nimium imminuta.

c. *Anaeſtheſia*, paralyſis imperfecta auctorum: ſenſus omnis priuatio.

d. *Senſibilitas alienata* eſt ſentiendi vis ita mutata, vt ſtimuli perceptio a ſanis aliena ſequatur.

D. VIS VITALIS.

a. *Excedens*, *Erethismus*.

b. *Deficiens*, *Eclipſis*.

a. *Syncope*.
b. *Lipothymia*.
c. *Aſphyxia*. } definitiones vide in pathologia generali.

E. VIS CONTRACTILIS ET SENTIENDI CONIVNCTIM.

a. *Paralyſis*.
b. *Hemiplegia*.
c. *Paraplegia*. } definitiones vide in pathologia generali.

F. VIS SENTIENDI ET VITALIS CONIVNCTIM.

G. DIDVCTIO eſt laxior iuſto ſolidorum nexus, aut modum excedens, aut ordine, tempore, materie, loco, peccans.

a. Di-

a. *Dilatatio*, *euryſma* eſt iuſto capacius ſpatium caui, vel canalis, vel ſinus, vel receptaculi cuiuſcumque.

b. *Anaſtomoſis* eſt laxatio immodica oſtii cauitatis.

c. *Diapedeſis* eſt diſtractio caui membranarum fibrarum, ut citra continui ſolutionem interſtitia hiantia oriantur, per quae humores continendi tranſſudare poſſint.

d. *Diaereſis* eſt cauorum parietum oſtiorum ampliatio, aut integrae partis perforatio.

α. *Rhegma*, *rhexis*, *ruptio*, eſt diaereſis a contentis diſtendentibus.

β. *Diabroſis* eſt diaereſis ab eroſione.

H. ANGVSTIA.

a. *Emphraxis*, *obſtructio*, eſt caui ſublatio a materiae tranſmittendae mora.

b. *Conſtipatio*, *ſtenochoria*, eſt viae anguſtatio a parietum caui approximatione per tubera, prominentiam, aut craſſitiem auctam, aut tumores contentorum.

c. *Thlipſis*, *compreſſio*, eſt viae anguſtatio a cauſſa, extra caui parietes contenta.

d. *Syniceſis*, *collapſus*, eſt viae anguſtatio ob defectum materiae expandentis.

e. *Contractio* eſt viae anguſtatio ob vim contractilem auctam.

f. *Symphiſis*, *coalitus*, eſt viae anguſtatio, in parietum concretionem, ſeu caui abolitionem, tranſgreſſa.

I. CONTINVI SOLVTIO.

a. *Vul-*

a. *Vulnus* eſt continui ſolutio partis ſolidae, non durae, recens, a cauſſa mechanica.

b. *Fractura* eſt continui ſolutio in parte dura, oſſea, cartilaginea, a cauſſa mechanica.

1. *Fiſſura, hedres*, eſt fractura, vt partes ſolutae, rimae inſtar, dehiſcant. *Contrafiſſura* eſt fiſſura, facta in parte alia, potiſſimum oppoſita ei, cui potentia adplicabatur.

2. *Attritio, contritio, alphitidon, catagma*, eſt fractura multiplex, vt oſſa in minima fragmenta comminuta ſint.

K. CONTIGVITAS LAESA.

a. *Coalitus* eſt iuſto ſtrictior cohaeſio partium, quae diſiunctae eſſe debebant.

b. *Diſiunctio* eſt iuſto laxior nexus partium, quae contiguae eſſe debebant.

L. ECTOPIA eſt partium ſolidarum a conſueto ſitu receſſus, vel partium ſolidarum e ſua ſede, continentibus vel relaxatis, vel ruptis, dimotio.

M. PROCIDENTIA, PROPTOSIS, eſt egreſſus partis mollis e ſua ſede, per hiatum vel naturalem, vel vitio natum, vt nuda tangi poſſit.

N. CONFORMATIO VITIATA.

1. *Enormitas* eſt, ſubſtantiâ illibata, ſimplex quantitatis auctae vitium.

2. *Tumor* eſt enormitas cum ſubſtantiae vitio.

3. *Mutilatio* eſt abſentia partis, in aliis hominibus conſpicuae.

6. II.

6.

II. CONTENTARVM PARTIVM.

A. COHAERENTIAE, DYSCRASIA, INTEMPERIES.

a. *Excedentis*, *ſpiſſitudo*, *lentor*, eſt cohaerentia fluidorum nimis aucta.

a. *Viſciditas*, *tenacitas*, *glutinoſitas*, *mucoſitas*, *pituitoſitas*, *pituita*, *phlegma frigidum*, eſt ſpiſſitudo ſeroſa, gradu varia.

α. *Scirrhoſa*, *ſcrophuloſa*, eadem, dum acido, acerbo, vel abundanti debetur, vel partes liquidiores, inflammabiles, abſorptae ſunt, relicta ea fixa in parte.

β *Calculoſa*, eadem intercedente, per inflammabile, aëris copia.

b. *Atrabilaria ſpiſſitudo*, *atra bilis*, *ſuccus ater*, *ſanguis melancholicus*, eſt cruoris abundantis et bilis nimia cohaerentia.

b. *Deficientis*, *fluiditas*, *tenuitas*, eſt cohaerentia fluidorum ſana minor.

a. *Rarefactio* eſt fluxilitas ex aucto volumine.

b. *Aquoſitas*, *ſeroſitas*, *cacochymia ſeroſa*, *plethora ſeroſa*, eſt fluxilitas ex abundantia ſeri.

c. *Attenuatio*, *reſolutio*, *colliquatio*, eſt tenuitas ſeroſa ab acri.

c. *Alienatae*.

a. *Seceſſio particularum nimis facilis* eſt humorum inter ſe inuicem attractio imminuta.

b. *Inflammatoria conſtitutio*, *phlegma calidum*, *phlegmonodes*, *pituita vſta et ſupra modum cocta*, *cruſta phlogiſtica*, *inflammatoria*, *ſanguis phlogiſticus*, *corium*

corium pleuriticum, est lymphae spissitudo, combinata cum lymphae, sero, aut cruori, potissimum adiunctae, eamque efficientis, resolutione t).

c. *Purulenta*, *pus*, *materia purulenta*, *cacochymia purulenta* est resoluta lympha inflammatoria, seorsim spectata.

d. *Concrementum* est corpus solidum, fibrae, membranae, ossis, calculi, pilorum, u) rel., nomine veniens, ex inspissatis humoribus ortum.

e. *Coagulum*, *grumus*, *grumositas*, *thrombos*, *thrombositas* est corpus, mediae inter solidum et fluidum naturae, ex humoribus ortum.

B. CACOCHYMIA est mixtio liquidorum peruersa, vel per abundantiam partis constitutiuae, vel potissimum materiae alienae, humoribus admixtae.

a. *Oleosa*:

a. *Biliosa*, ex abundantia bilis x).

b. *Rancida*, *nidorosa*, biliosa, acris y).

c. *Putrida*, *putredo*, *sepsis*, biliosa corrupta, alcali volatile euoluens z).

d. *Ichorosa*, lympha cum bile putrescente.

b. *Acida*, abundantia salis acidi, vel fixi vel volatilis: *acerbum*, abundantia acidi, solida stringentis, liquida coagulantis. a)

c. *Am-*

t) Cf. MEDICVS obs. T. 2. p. 583 sq. HEWSON. *alii.*

u) Comm. Lips. XVII. 57. C. L. N. 1731. p. 236.

x) v. infra *Polycholiam.*

y) ill. GRVNER. sem. §. 778.

z) BOERH. §. 76 sq. GRVNER Semiot. §. 777.

a) GRVNERI Semiot. §. 776. BOERH. aph. 60 sq. v. SWIETEN. Comm. T. I.

c. *Ammoniacalis*, *vrinosa*, est abundantia salis natiui vrinae, vel salis ammoniaci.

d. *Muriatica* est abundantia salis communis b).

e. *Cancrosa*, multiplex.

f. *Syphilitica*, *venerea*, ignota.

g. *Cacochylia*, *saburra*, *cruditas primarum viarum*, est cacochymia succorum primarum viarum, atque adsumtorum aut solutio nulla, aut mixtio nocens.

C. INERTIA est indoles humorum nimis blanda.

D. MIXTIO INAEQVALIS est mixtio humorum non satis homogenea.

E. QVANTITAS HVMORVM VITIATA.

a. *Copia nimis aucta:*

α. *Polychymia* est abundantia humorum omnium, sanitatem excedens.

β. *Plethora* est abundantia sanguinis nimis.

γ. *Obesitas*, *plethora obesa*, *polysarcia adiposa*, *corpulentia saginosa* est olei, seu pinguedinis, abundantia iusto maior.

δ. *Polycholia* est abundantia bilis nimia c).

ε. *Polychylia* est abundantia chyli.

b. *Copia nimis imminuta:*

α. *Oligochymia* est defectus omnium humorum.

b. *Anaimia*

b) GRVNER. l. c. §. 777.

c) Nonne bilis etiam secundum naturam in totum corpus diffunditur, vt per arteriam etiam hepaticam secernatur? Ita videtur. Cf. GVENZ. in Comm. Lips. III. 534. HOME med. facts cet. p. 27 sq. BRUENING, MARCARD de ictero, BEHM d. de ictero Hal. 1780. Cl. STOELLER obs. 7. Quae si non sufficienter in hepate secernitur atque excernitur, oritur polycholia, vnde tum morbi, tum passiones, oriuntur.

b. *Anaimia*, *keneangia*, *inanitas*, *exinanitio*, *inopia sanguinis*, *collapsus vasorum sanguiferorum* est defectus sanguinis.

c. *Macies* est defectus adipis.

d. *Oligocholia* est defectus bilis.

e. *Oligochylia* est defectus chyli.

F. MOTVS HVMORVM VITIA.

a. *intestinus*:

 a. *imminutus*.

 b. *adauctus*:

  1. in toto corpore, *orgasmus*.

  2. in parte, *congestio*.

b. *progressiuus*:

 a. *adauctus*.

 b. *imminutus*.

 c. *directione abnormis*, *fluida loco aberrantia*, *error fluentium*, *impactorum*, *nutrimenti*, *excretorum*. Humorum in aliena loco motus. rel.

7.

Quibus constitutis, aegritudinum differentias accidentales generales exponere, confert. Definiamus igitur aegritudines:

I. *Ab origine*.

1. *Haereditariae* vocantur, dum parentes eadem aegritudine laborauerunt, ac subiectum, et praesens, vel a natiuitate iam conspicua, vel tardius comparens, caussis, a subiecto admissis, vix tribui posse videtur.

2. *Con-*

2. *Congenitae* vocantur, si vel ipsa aegritudo, tempore vitae vterinae infanti adnascitur, vel idem saltem adipiscitur ad aegritudinem procliuitatem, vt herniam v. c. congenitam vocant.

3. *Aduentitiae*, *adquisitae*, dicuntur, quae ex caussis, a homine nato admissis, accidunt. Sunt vero diuersae, tum ratione *aetatis*, scilicet *recenter natorum*, *infantum*, *iuuenum*, *virorum*, *senum*, tum *sexus*, *virilis* nimirum et *feminini*, indeque *virginum*, *grauidarum*, *parturientium*, *puerperarum*, *lactantium* et *vetularum*, tum et *vitae generis*, et *anni temporis*, vnde *vernales* et *aestiuae*, *auctumnales* et *hiemales*:

4. *Primariae*, *primogeniae*, *protopathicae*, a peculiari sua caussa enatae, et *secundariae*, *deuteropathicae* (*symptomaticae*), ab alia aegritudine enatae.

5. *Contagiosae*, quae gaudent facultate, se propagandi in sanos, dum *contagium*, *miasma*, seu materia, cui inest vis, se propagandi in sanos, easdemque eadem aegritudine adfligendi, *vel* per aërem, quo tenetur, nocet, vnde dicuntur *contagiosae in distans*, *vel* contactu aegroti immediato transit, quae *contagiosae per contactum* vocantur. Sunt vero aliae *contagii expertes*.

6. *Sporadicae*, *sparsae* sunt, quae paucis accidunt subiectis, *pandemicae*, *pandemiae*, *grassantes*, dicuntur, quae multos e populo adfligunt, vnde *grassatio* dicitur conditio, qua idem contingit.

git. Sunt autem *hae* iterum *vel endemicae*, *endemiae* (*vernaculus*), si regioni singulari addicti sunt, *vel epidemicae*, *epichoriae*, quae ad tempus populum adfligunt, nec regioni adscribendae sunt. *Constitutio epidemica*, *catastasis*, indicat conditiones vel epidemiae, vel eius caussarum, vel vtriusque rei.

7. *Stationariae* SYDENHAMI sunt, quae sub certa annorum constitutione comparent, *intercurrentes* autem, quae omnibus annis citra differentiam eueniunt.

8.

II. *A sede:*

8. *Vniuersales* sunt, quae vniuersum corpus tenent, *particulares*, *topicae*, quae partem tantum corripiunt.

9. *Idiopathicae* sunt, quae communem cum sua caussa sedem habent, *sympathicae* vero, quae differentem.

10 *Fixae* dicuntur, quae in vna parte corporis morantur, *vagae* vero, quae in aliam migrant; *retrogradae*, quae, extremis relictis, interiora petunt.

11. *Externas*, *internas* nominasse, sat est.

N. Sunt, qui protopathicas et idiopathicas, citra veterum auctoritatem, ac notionem, et vtilem, et naturae conuenientem, easdem esse putent. GALENVS d) „At nemo, inquit, protopathicos dixerit huiusmodi

 mor-

d) GALENVS de loc. adf. l. 1. c. 3.

morbos, qui ob alium praecedentem euenerunt, quippe ſympathici ad huiuſmodi permutantur idiopathiam, perinde ac ſi ab initio protopathia ipſis accidiſſet." Et recte quidem: fieri enim poteſt, vt aegritudo protopathica ſit topica, quemadmodum non repugnat, quin enaſcatur cauſſa aegritudinis, et ſi in eadem parte aegritudo comparet producta, haec idiopathica dicitur, ſi in alia, ſympathica. Conſtabit autem ex ſequentibus, morbos tum eſſe primarios, tum ſecundarios.

9.

III. *Ab indole.*

12. *Leues, mites*, vocantur, quae aegrotum leuiter adfligunt, et paucis ſtipantur phaenomenis; *graues* autem, quae vehementer tenent, et abundant phaenomenis.

13. *Magnae* ſunt, quae vires aegroti fere ſuperant, *paruae*, quae parum vires exercent. GALENVS e) enim magnas vocat, quae ſupra vires ſint.

14. *Regulares, exquiſitae*, ſunt, quarum phaenomena reſpondent charactleri aegritudinis, quam ſiſtunt, *irregulares* vero, quae contra. *Genuinae* ſunt, quoad decurſum regulares.

15. *Benignae* ſunt, quae, leues aut paruae, regulares aemulantur, *malignae*, quae, graues aut magnae, ſuetam naturam non ſeruant, et vel ſunt *anomalae*, ſeu a ſueta natura recedentes, tum-

e) De tot. morb. temp. c. 5.

tumque vel *refractariae*, *pertinaces*, quae conuenientium remediorum vim aut eludunt, aut aegrius illi cedunt, vel *corruptae*, quae aut ob neglectum, aut ob medelam erroneam, alienam naturam contraxerunt.

16. *Actiuae* sunt, vbi vires vitales agunt ad superandam aegritudinem, seu, quae functiones excitando phaenomena cient; *passiuae* iisdem opponuntur [f]).

10.

IIII. *Ab euentu.*

17. *Periculosae* sunt, quae vitae periculum adferunt; *securae*, *tutae*, carent periculo.

18. *Insidiosae* sunt periculosae, securas simulantes; *fidae* sunt, quae tutae patent.

19. *Indifferentes* sunt, quae periculum non minantur, nec nocentes, nec iuuantes: *ancipites* sunt, de quarum euentu non constat.

20. *Prauae*, *detrimentosae*, sunt, quae nec salutem spondent, nec facile nocent: *salutares* vero, quae plus vtilitatis, quam noxae, promittunt.

21. *Sanabiles* sunt, quibus medendis medicina sufficit; *insanabiles*, *incurabiles*, quae sanari nequeunt. *Letales* vero, quae mortem inferunt.

22. *Perseuerantes* sunt, quae, non admodum nocentes, per vitam persistunt.

11.

V. *A forma et constitutione* (τροποὶ καὶ καταστάσες Graec.)

f) *Habituales* sunt, quae homines constanter tenent.

23. *Simplices*, quae phaenomena ſiſtunt, vna relatione conſpicua; *compoſitae* vero, quae phaenomena exhibent, multiplici relatione conſpicua, quae iterum dicuntur:

a. *Comitatae*, dum nullus cauſſarum nexus eſt coëxiſtentium aegritudinum vel protopathicarum, vel deuteropathicarum, vel idiopathicarum, vel ſympathicarum. (Male quibuſdam dicuntur complicatae.)

b. *Complicatae*, dum adeſt nexus cauſſarum coëxiſtentium aegritudinum.

c. *Conſecutiuae*, dum ſuccedunt aegritudines deuteropathicae protopathicis, ſympathicae idiopathicis, et contra.

d. *Complexae* GALENI ff), dum vel comitatae, vel complicatae, diuerſo tempore mutationes ſuſcipiunt.

e. *Confuſae* GALENI ff), dum eaedem eodem tempore mutationes proferunt.

24. *Celeres* ſunt, quae celeriter mouentur, ſeu mutationes ſuſcipiunt; *tardae*, *lentae*, quae lente mouentur g).

25. *Acutae*, *breues*, quae cito finiuntur, *longae* autem, ſeu *chronicae*, quae vltra dies 40 et vltra protrahuntur. (Sunt, qui acutis et chronicis periculum adiunctum eſſe debere, doceant.) *Illae* iterum ſunt

a. *Acutiſſimae*, *exacte peracutae*, quae ſoluuntur intra dies 4.

b. *Per-*

f) De diff. febr. l. 2. c. 7.

g) Cf. GALEN. de dieb. decretor. l. 2. c. 12. et l. 3. c. 13. P. SALIUS DIVERSVS in C. in HIPP. de m. p. 5.

b. *Peracutae*, *non exacte peracutae*, quae ſoluuntur intra dies 7.

c. *Exacte acutae*, quae ſoluuntur intra dies 14.

d. *Non exacte acutae*, quae ſoluuntur intra dies 21.

e. *Subacutae*, *acutae deciduae*, *ex decidentia*, *delapſu*, *acutae*, quae ſoluuntur intra dies 40.

α. *Altera* GALENI, vbi acuta, imperfecte iudicata, intra dies 20. vehementia confracta, intra dies 40 ſoluitur.

β. *Altera* GALENI, vbi, ab initio tarde mota, neque vllam ſubitam mutationem molita, ad diem 40 producitur.

f. *Acuta recidiua*, quae ſoluitur intra dies 60, aut ſerius, imperfecto iudicio citius praegreſſo.

26. *Homotonae* ſunt, quae temporibus carent; *anabaticae*, quae tempora ſeruant. Sunt autem *tempora* (*occaſiones* GALENI defin.) ſtadia aegritudinum, viciſſitudine phaenomenôn inſignita. Et quidem h):

a. *Initium*, *principium*, *irruptio*, *naſcentis aegritudinis tempus*, eſt, quod a prima *inuaſione* vſque ad aegritudinis augmentum, ſeu ad coctionis ſigna, praeterit. *Prima* autem *inuaſio*, (*terrentia morbi* CELSI,) eſt, dum medius inter ſanitatem et aegritudinem ſtatus adeſt, et phaenomena comparent, ſequenti aegritudini non omnio eſſentialia, ſed pluribus communia.

b. *Augmentum*, *incrementum*, *auctio*, *adſcenſus aegritudinis*, eſt tempus, phaenomena, notabiliter aucta, ſiſtens, ſeu coctionis initium.

c. *Sta-*

h) Cf. v. SWIETEN C. T. II. p. 68 ſq.

c. *Status*, *vigor*, *acme*, eſt tempus, quo omnia vehementiſſima, vbi coctio abſoluta.

d. *Decrementum*, *declinatio*, tempus, quo vehementia phaenomenôn imminuitur.

e. *Finis*, tempus, quo aegritudo euanuit. Inde emergunt:

27. *Epacmaſticae*, a principio ad ſtatum aequabiliter auctae, et *paracmaſticae*, a principio aequabiliter decreſcentes. Quoniam vero tempora ipſa iterum mutationes, ſeu tempora, ſubeunt, inde oriuntur:

28. *Continentes*, *continuae* etiam, *ſynochae veterum*, vbi tempora nullas mutationes ſubire videntur (quas proprie non dari, non recentiores ſolum docuerunt, ſed iam GALENVS i) ſtatuit); et *continuae*, *ſynochi veterum*, HIPPOCRATIS, quae mutationes ſubeunt:

a. *Remittentes*, proprie et *ſynochus*, *intermittentes* etiam HIPPOCRATIS, quorum tempora augmentum et decrementum inferunt, non raro pluries.

b. *Intermittentes*, quarum tempora initio, imo augmento et ſtatu, ſed et fine, ſtipantur, non raro pluries.

Ad remittentes ſpectant *exacerbatio* ſeu augmentum, *remiſſio* ſeu decrementum; ad intermittentes autem attinent *circuitus*, *inuaſio*, *acceſſio*, *inſultus*, *paroxyſmus*, ſeu initium et augmentum, tum *intermiſſio*, *tempus interme-*

i) De criſib. l. 2. c. 6.

termedium, *intercalare*, ſeu finem inſequens, intermedium ad ſequentis initium.

29. *Suppreſſae* dicuntur, quae ſuperſunt, earum plerisque phaenomenis vi ablatis: *reuocatae*, ſi apta medela phaenomena priora redeunt. *Recidiuae* vocantur, quae tempore redeuntis ſanitatis iterum comparent, vti *recurrentes* eae nominantur, quae poſt ſui abitum, ſeu ceſſationem, redeunt.

30. *Periodicae* dicuntur, quae periodis ſtipantur. „Eſt autem *periodus* tempus intentionum et remiſſionum in morbis factum:„ GALENO indicante, Hinc proprie remittentes et intermittentes reſpicit, et deſignat tum durationem exacerbationis et paroxyſmi, tum eam remiſſionis et intermiſſionis. Eſt autem proprie vna, non repugnante GALENO k): „quum in pluribus ſane morbis acceſſio futura, dicente, tertio quoquo die fit, vel ſingulis diebus, in pauciſſimis per quartam; „nec vltra tres ad maximum periodos admitti poſſe, docente, veterum etiam, et recentiorum, tum obſeruationibus, tum animaduerſionibus, conſentientibus. Igitur eſt

TRITAEA, horar. 48.

a. *Regularis*, dicta

α. *Simplex*, paroxyſmus hor. 12., intermiſſio horar. 36.

b. *Duplicata*, intra horas 48. paroxyſmi duo et intermiſſiones duae.

α. Ca-

k) Ad eos, qui de typis ſcripſ. c. 2.

α. *Cathamerina*, ſeu quotidiana, omni die paroxyſmus et intermiſſio.

β. *Duplex*, vno die paroxyſmi duo, altero intermiſſio ſola.

c. *Triplicata*, vno die paroxyſmi duo, altero vnus, niſi fiat, vt vno tres, altero nullus ſit.

a. *Irregularis:*

a. *Anomala*, *extenſa*, intermiſſio breuis, aut nulla.

α. *Remittens*, exacerbatio aliquot horis ante nouam finita.

1. *Simplex*, tritaea notha, paroxyſmus ad horas 18. extenſus, ſequenti die intermiſſio ſola.

2. *Duplicata*

aa. *Ephemera*. bb. *Amphimerina*. v. Febres.

β. *Subintrans*, exacerbatio durans, donec altera ſuperaccedat.

1. *Simplex*, *tritaeophya*.

2. *Duplicata*.

aa. *Synocha*. bb. *Synochus*. cc. *Typhus*. dd. *Hectica*. ee. *Hemitritaeus*.

3. *Triplicata*.

b. *Tardans:*

α *Tetartaea*, *quartana*, horar. 72.

a. *Regularis*, paroxyſmus hor. 12. 18. intermiſſio ad nouum paroxyſmum.

b. *Irregularis*, *anomala*, *extenſa*, *Tetartophya*, exacerbatio durans, donec altera ſubintret.

β. *Erratica:*

1. *Quintana*. 2. *Sextana*. 3. *Septana*. 3. *Nonana*. 5. *Decimana*. 6. *Quatuordecimana*, rel. cf. febres.

c. *Va-*

c. *Vaga.*

1. Principio intermittens, ſequentibus temporibus remittens.
2. Principio remittens, poſtea intermittens.
3. Initio et ſub finem intermittens, in medio remittens.
4. Initio et ſub finem remittens, in medio intermittens.

N. Cf. febres, ad quas fere ſolas non definitae periodi ſpectant, omnes autem male a pleriſque referuntur, vt vel ſola aegritudinis vera periodo de febris praeſentia ſtatuant, quae tamen et aliis aegritudinibus, citra febrim, competit. Inde vero difficultas in rite diiudicanda aegritudinum natura.

N. 2. Sunt, qui *periodicas aegritudines* dicant, quae ſtato tempore recurrant, vulgarem, vt videtur, *Graecorum* de periodo notionem ſequentes, qui *periodum* omne tempus dixerunt, quum aequali tempore aliquid ſimile fit, vt GALENVS ad eos, qui de typis ſcripſerunt, meminit: nec tamen haec notio admitti poteſt. Inde iterum in diiudicanda aegritudine quadam, ab auctoribus periodica dicta, difficultas.

N. 3. *Diem*, vt medici omni tempore ſtatuerunt, vocamus tempus horarum 24., et ſic quoque hic intelligendus.

31. *Typicae* ſeu typis ſtipatae: quibus opponuntur *atypicae*, quae typis carent. „*Typus* autem eſt ordo periodorum.„ GALENVS [1]).

a. *Re-*

1) De typis c. 2.

a. *Regularis*, vbi ſimplex paroxyſmorum ſimilitudo obtinet:

a. *Simplex*, „vbi vna intenſione et remiſſione conſtant.„

α. *Conſtans*, *conſiſtens*, *immobilis*, *immutatus*, *perſeuerans*, paroxyſmi omnino ſimiles.

β. *Inconſtans*, *mobilis*, *kinumenos*.

1. *Anticipans*, *anteponens*, paroxyſmi iuſto citius ingruentes, vt non reſpondeant praegreſſis.

2. *Poſtponens*, *tardans*, paroxyſmi iuſto tardius venientes.

b. *Compoſitus*, „ex pluribus acceſſionibus et remiſſionibus conſtans.„

α. „*Ex ſimili genere.*„ v. g. tertianus et tertianus, quotidianus et quotidianus.

1. *Duplicatus.*

aa. *Genuinus.*

bb. *Duplex.*

2. *Triplicatus*, compoſitio et ſimilitudo triplex.

β. „*Ex diuerſo genere*, veluti tertianus et quartanus.„

b. *Irregularis.*

1. Initio et decurſu ſimplex, poſtea duplicatus et triplicatus.

2. Initio decurſus duplicatus, deinde ſimplex.

3. Initio conſtans, poſtea inconſtans.

4. Initio inconſtans, poſtea conſtans. rel.

N. Hanc ad GALENI et naturae mentem, frequenti obſeruationum indole ſtabilitam, et vtilitatem ſpondentem, an admittent, quam nouam putabunt, theoriam?

12.

VI. *A solutione.*

32. *Solutae* dicuntur, quae finem suum adeptae sunt. Vt vero *epigenesis* dicitur, dum ad permanentem aegritudinem noua superaccedit [m]); ita *solutio*, *metabola*, *iudicium*, dicitur modus, quo aegritudo finitur: estque

a. *Imperfecta*, *Metaschematismus*, dicta, dum aegritudo transit in aliam:

a. *Metastasis*, dum forma et constitutio simul cum aegritudine mutantur.

b. *Palindrome*, *recursus*, quum post metaptosin [metastasin] redit ad priorem formam et constitutionem.

c. *Diadoche*, *diadexia*, *successio*, dum, manente forma et constitutione, aegritudo mutatur.

α. *Reuolutio* H. F. DELII, vbi aegritudo denuo vehementius insurgit, quam erat prior, forma et constitutione iisdem.

β. *Abscessus veter. materiales*, vbi humores ad aliam partem deponuntur, et aegritudinem et mutant et leuant.

γ. *Aposcemmata*, *aposcepses*, dum aegritudo protopathica, manente symptomatica, aut idiopathica, manente sympathica, mutantur.

d. *Metaptosis*, dum, manente aegritudine, forma et constitutio mutantur [n]).

a. *Per-*

m) BALLON. op. T. I. p. 211 sq.

n) Fateor quidem, haec verba nouo fere significatu me adhibuisse: sed placuit magis rei nomina adaptare, quam verba

b. *Perfecta*, dum aut mors infertur, aut sanitas redit. Vbi occurrunt:

a. *Apocope*, *abscissio*, vbi citra declinationem terminatur.

b. *Conualescentiae tempus*, dum cedit cum superstite imbecillitate.

c. *Crisis*, quae est solutio morbi, quae cum magno et cito se declinante certamine fit o).

33. *Crudae* hinc dicuntur, quamdiu nulla phaenomena euincunt, vires corporis caussae aegritudinis tollendae cum successu operam dare, ex parte superare, et crisin moliri: *coctae* autem, dum phaenomena docent, vires caussam aegritudinis maximam partem superasse, et crisin exspectandam esse, et iam perfici. Qua data opportuna occasione liceat de coctione verba facere, et simul omnia coniungere, quae oportet in consideratione aegritudinum nosse, attendere, aestimare. *Aegritudines salutares*, *naturae energia*, *motus critici*, *anima* STAHLII, *vis vitae in morbis superstes*, *reactio* CVLLENI, *aegrotationes*, mihi dictae, sunt mutationes praeternaturales quidem, at salutares plerumque, quibus natura, vires vitales, vtuntur ad superandam aegritudinem. Has medicum probe attendere debere, quum in earum congrua administratione tota quanta medici solertia

verba definire, eo magis, quum sic res potuissent facile omitti, et significatus verborum aliis alius sit apud auctores.

o) GALEN. de cris. l. 2. c. 11.

tia ponenda ſit, eumque, naturae miniſtrum, non tantum iis vti debere ad conſeruandam et reſtaurandam ſanitatem, ſed etiam, naturam imitaturum, aegrotationes excitare debere, certiſſimum eſt. Egregie certe Cel. GRANT p) monuit: „Wenn es wahr iſt, daſs man nie eine Krankheit heilen kann, wofern man nicht die Art und Weiſe kennt, auf welche die Natur bey der Heilung dieſer Krankheit verfährt, ſo folgt hieraus, daſs es höchſtwichtig ſey, dem Verfahren, welches die Natur beobachtet, nachzuſpühren.„ Neque vero haec ſolum therapeutam ſcire oportet, ſed eum etiam, qui agnoſcendis morbis et aegritudinibus reliquis operam dat, quoniam coctio, et regimen et curatio, ei ſuperſtructa, aegritudinum characterem ex parte definiunt, dum, cauſſas obſcuras ſimiles eſſe aut diſſimiles natura, euincunt, vt mireris, haec a pleriſque eſſe neglecta.

A. Aegrotationes praeſentes aegritudines tollunt, quod in ſequentibus conſtabit, quemadmodum humano corpori non denegatae ſunt vires, quae de periculo moneant, atque erupturas caueant, quod viribus potiſſimum vitalibus abſcribendum eſt. Atque id quidem egregie ac luculenter docent conſpiratio excretionum corporis, qua fit, vt altera alteram ſuppleat, vti largior tranſſpiratio vrinae excretionem imminutam aut ſuppreſſam ſupplet; receſſus etiam a ſanitate, medii quaſi inter ſanitatem

p) De febrib. p. 11.

tem et aegritudinem, quorſum catamenia, ex parte haemorrhoides, dentitio, callus oſſium, grauiditas; quae quidem bene attendantur, oportet, vti egregie CELSVS voluit: „ caueretur, ne in ſecunda valitudine aduerſae praeſidia conſumerentur. „

B. Quando, vt repetam fere, aut ob labefactata aduerſae valitudinis praeſidia, aut ob graues cauſſas, ſurrepſit aegritudo, ſtatus ille, ſeu et tempus, vbi aegrotatio vel omnino deficit, vel adhuc ſopita latet, dicitur *cruditas aegritudinis*, *initium*, *principium morbi*, aegritudo ipſa *cruda;* quodſi aegritudo ſic mutata eſt, vt minus noceat, dicitur *coctio*, aegritudo ipſa *cocta*. Hoc ſi obtinet, vires reagentes *vel* ſunt tantae atque eae, vt aegritudo fugetur, ſanitaſque reducatur, citra ſenſibiles humoris euacuationes; *vel* eſt aliquantum minor, tanta tamen atque ea aegrotatio, vt alienum euictum ſuperatumque, licet corpori non omnino aſſimilatum, per varias vias, ſimul redeunte ſanitate, eliminentur. Si illud, *coctio*, *pepſis*, dicitur, ſi hoc *pepaſmos*, *maturatio*, *mitificatio.*

C. Aegrotatio autem et nititur ſolidis et fluidis corporis humani, vt ipſae aegritudines his nituntur: quare et SWIETENIVS q): „Poterit haec cruditas in partibus fluidis et ſolidis locum habere, adeoque et mutatio, ſeu coctio. „ Ex ſolidis autem huc maxime faciunt ſenſibilitas et irritabilitas, et ſolidorum continentium adfectiones. Quod fluida attinet,

q) Comm. T. I. p. 693. §. 402.

attinet, eadem vis obtinet, dum *vel*, quae supereſt, humorum copia aegritudinem, in primis quatenus ad fluida redit, ſic mutat, vt ad ſtatum ſanum redeat, atque, ſtimulo ſimul ſolidis adiecto, ad varia corporis emiſſaria, non ſubigendum defert, vt euacuetur, *vel* perfecte humores aegrum humorem vinciunt, atque in naturam humanam conuertunt.

D. Quum vero et aegritudo et aegrotatio ſtatu ſolidorum et fluidorum nitatur, qui tum ſubiecti indole, ratione aetatis, ſexus, temperamenti, vitae generis, rel., tum praegreſſis et iam admiſſis, climate, adſumtis, rel., nitatur, palam eſt, coctionem aliam eſſe debere, vt aegritudo et aegrotatio, et horum relatio, variant. Quare dubitari debebit, num, quae ſcriptores, potiſſimum veteres, de coctione memoriae prodiderunt, *in vniuerſum* poſſint admitti.

E. Operae pretium erit, iam in ſpecie diſquirere, quotuplici modo et pepſis, et pepaſmos, perficiatur.

𝔄. PEPSIS, coctio, aſſimilatio, fit

a. *Excitatione*, ſeu virium vitalium, neruorum, actione adaucta:

α. Vi neruoſa, ſenſibilitate.

β. Irritabilitate.

γ. Palpitatione.

δ. Vi mortua.

b. *Remiſſione*, ſeu virium, modo definitarum, actione imminuta.

c. *Re-*

c. *Relaxatione*, ſeu ſolidorum cohaeſionis remiſſione.

d. *Adſtrictione*, ſeu ſolidorum cohaeſionis niſu adaucto.

e. *Metatheſi*, *tranſpoſitione*, ſeu ſolidorum, et naturae congruorum, et praeter naturam praeſentium, in alium locum, vt minus, aut omnino non noceant, delatione, veluti herniae repoſitione ſpontanea, calculo, cataracta, teſtibus.

f. *Alteratione*, ſeu cacochymiae emendatione.

g. *Attenuatione*, ſeu humorum ſpiſſitudinis emendatione.

h. *Reſolutione*, ſeu humorum varii generis cohaerentiae imminutione.

i. *Incraſſatione*, ſeu humorum tenuitatis emendatione.

k. *Correctione*, ſeu humorum inaequalis mixtionis emendatione.

l. *Impetu alienato*, *abſceſſu ad neruos* veter. Febris ſalutaris.

m. *Euacuatione ſimplici*, ſeu naturali adaucta.

n. *Repletione congrua*, a veteribus non praetermiſſa.

α. *Reſtauratione deperditi*, *ſimplici*.

β. *Reſtaurata carne*, in vulnere, cicatrice.

γ. *Callo*.

B. PEPASMOS, maturatio, mitificatio, fit:

a. *Emeſi*, ſeu per vomitum.

b. *Catharſi*, ſeu per aluum.

c. *Enureſi*, ſeu per vrinam.

d. *Diapnoë*, *diaphoreſi*, ſeu per madorem et ſudorem.

e. *Hae-*

e. *Haemorrhagia*, seu sanguinis profluuio.
f. *Saliuatione*, *ptyalismo*, per saliuam, sputa.
β. *Anacatharsi*, seu per sputa ex faucibus, aut pulmonibus.
g. *Sternutatione*, seu per excretionem narium.
h. *Gonorrhoea*, seu per geniturae effluxum, cet.
i. *Galactirrhoea*, seu per lactis excretionem.
k. *Partu*, seu per excretionem concepti fetus, cet.
l. *Pyorrhoea*, seu per puris excretionem.
m. *Abscessu ad materiam* veterum, praeter iam dicta, *necrosi*, *gangraena*, *carie* seu *exfoliatione*.

Estque vel *designata*, vbi humoris cocti euacuatio contingit per vias, quas humores crudi potissimum quaesiuerunt, et aegritudinum adfectiones aeque, ac aegrotatio, indicauerunt: vel *dissimulata*, quando idem non obtinet.

F. Obseruarunt autem scriptores, potissimum veteres, et memoriae prodiderunt, subitaneas aegritudinum per aegrotationes fieri mutationes, certis diebus adstrictas, quae tum praesentem, tum futuram coctionem designent, *crisin* volo, iam supra expositam, eam *vel* solutionem aegritudinis dicas, cum magno et cito se declinante certamine euenientem, *vel* hoc certamen potissimum eâ intelligas. Hoc enim GALENVS [r]) etiam dixit; „Si qua confertim fiat permutatio, et multo magis eam perturbationem, quae illam praecedit, *crisin* appello.„ Inde sic dicti *critici dies*, qui tam *indices* sunt futurae sequentibus diebus criticis aegritudinis solutionis, quam vere *decretorii*, quibus aegritudines *decernunt* seu *iudicantur*.

r) De cris. cap. vlt.

G. En

G. En dierum criticorum ſchema!

	SEPTENARIVM I.			SEPTENARIVM IIII.	
DIES				DIES	
I.	*Criticus*	ephemerae	o	XXI.	—
II.	*Criticus*	GALENI.		XXII.	—
o III.	*Criticus.*	Index V.		XXIII.	—
* IV.	—	Index VII.		XXIV.	—
o V.	*Criticus.*	Index VII.		XXV.	—
* VI.	Pſeudocriticus.	Tyrannus.		XXVI.	—
VII.	*Criticus.*	Index IX.	o	XXVII.	—
	SEPTENARIVM II.			SEPTENARIVM V.	
* VIII.	—	Index XI.	*	XXVIII.	—
o IX.	*Criticus.*	Index XI.		XXIX.	—
* X.	—		*	XXX.	—
o XI.	*Criticus.*	Index XIV.	o	XXXI.	—
XII.	—			XXXII.	—
XIII.	—			XXXIII.	—
* XIV.	*Criticus.*			XXXIV.	*Crit.*
	SEPTENARIVM III.			SEPTENARIVM VI.	
XIV.	—	Index XVII.		XXXIV.	—
XV.	—			XXXV.	—
XVI.	—			XXXVI.	—
XVII.	*Criticus.*	Index XX.		XXXVII.	—
XVIII.	—			XXXVIII.	—
XIX.	—			XXXIX.	—
XX.	*Criticus.*			XL.	*Crit.*

H. Praecipit autem HIPPOCRATES: „Quae diebus paribus inuaſiones habent, eae diebus paribus decernunt, quorum vero acceſſiones imparibus diebus fiunt, imparibus iudicantur. „ Sunt autem impares dies 1. 3. 5. 7. 9. 11. rel., pares autem 2. 4. 6. 8. 10. cet. „In acutis quidem, inquit GALENVS, critici hi ſunt: 3. 5. 7. 9. 11. 14. 17. in

in longis 60 et 80. Medii horum ſunt 20. 34. 46. Impares autem et hi, qui multum in acutis pollent virtute, quod inſignes, tum in ſalutem, tum in mortem, mutationes efficiant [s]). „ „*Quartus* ſeptenariorum index eſt, *octauus* alterius ſeptimanae principium. *Vndecimus* etiam ſpectandus dies eſt, ſiquidem alterius ſeptimanae quartus eſt. Rurſus quoque ſpectandus *decimus ſeptimus*, is enim a decimo quarto quartus eſt, et ab vndecimo ſeptimus [t]). „ Sunt autem HIPPOCRATI, praeter deſignatos [*] diebus *paribus* decernentes, adhuc XLVIII. LX. C.: diebus autem *imparibus* decernentium, praeter indicatos (o), nullus [u]).

I. Schema dierum criticorum docet, criſes initio contingere ad typum tritaeum regularem, poſtea vero ad tetartaeum, et deinde ad ſeptenarium: nonne autem id inde repetendum, quod criſes ſunt pugnae virium naturae et aegritudinum effectus, vt aut vires naturae per aegritudinem frangantur, aut aegritudo per vires naturae ſuperetur, vt ſucceſſu temporis ſerius contingant?

34. *Indicantes* aegritudines (indicantia, omiſſo ſenſu GALENII, id eſt latiori, nomine ſymptomatum,) dicuntur, quae agenda circa aegritudinem definiunt. *Coindicantes* ſunt, quae conſentiunt circa agenda. *Correpugnantes* ſunt, quae conſpirant in diſſenſu circa agenda. Notanda hinc

s) Comm. IV. in HIPP. de vict. acut. p. 288.
t) HIPPOCR. S. II. aph. 24.
u) Cf. etiam V. SWIETEN II. 475. DE HAEN. R. M. T. I. c. 4. p. 44 ſq. ill. STOLL. R. M. T. I. p. 66 ſq.

a. *Indicatio*, quae eſt enunciatio, exponens modum, quo agenda circa praeſentem aegritudinem perficienda ſint.

b. *Indicata*, quae ſunt remedia, quibus agenda perficiuntur.

c. *Curatio*, quae eſt ratio, qua quis agenda perficit, eaque eſt:

α. *Empirica*, vbi agenda ex analogia ſola deſumuntur.

β. *Rationalis*, vbi, praeter analogiam, agenda ratione et methodo definiuntur.

Animaduerſiones.

1. „Imitatorem eſſe oportet medicum non naturae tantum, ſed et eorum, quae ſponte euenientia proſunt x).„

2. Natura ipſa perficit aegritudinum ſanationem ope coctionis, vnde in congruo naturae regimine totum nititur medicantis officium; ſed natura cuiuis propria eſt, ergo cuiuis ſua competit medela. Idem minuit aegritudinum claſſificatio.

3. Indicatorum qualitates ſunt tantum relatiuae ad aegritudines, non eſſentiales.

4. Aegritudo iubet ablationem ſui, per cruditatis tale moderamen, vt fiat coctio, niſi iam ipſa ſit critica.

5. Coctio praeſtat pepaſmum.

6. Inſtante coctione omnia ſic dirigenda, vt adiuuetur.

7. In-

k) GALEN. med. meth. IV.

7. Inſtante pepaſmo, videndum, quae inſtet ſpecies deſignata, ſi plures exſpectandae, maxime leuatura aegritudinem promouenda, et pars ab iniuriis tranſeuntis, incumbentis, materiae defendenda: reliquae ſupprimantur, moderentur.

8. Crudum etiam mouendum, ſi fomes materialis inde tollitur y).

9. „Indicationes non deſumuntur a ſyndrome, ſed ab *adfectu* partis laborantis z).„

10. „Neceſſe eſt, vt curationem ſuſcipientes diſtinguant morbum et pathos a).„

11. „Ceterum non functionis vitio, ſed morbo ipſi, id eſt, adfectui praeter naturam, qui actioni incommodat, applicamus remedia b).„

12. Indicant tamen circa morbum, cauſſae, paſſiones, ſymptomata, epigenemata, et horum relatio ad morbum. Nam: „Therapia eſt ablatio facientium morbos cauſſarum c).„ Seu: „Curatio eſt ablatio morboſarum diſpoſitionum; ſequitur autem eam et ſymptomatum ablatio d). Et: „Primario et maxime hoc ſedulo agendum eſt medicis, exſcin-

y) GALEN. comm. in HIPP. aph. L. 2. §. 29. et med. meth. XI. 15.

z) GALEN. med. meth. II. 4. p. 21.
a) GALEN. l. c. II. 3. et 7.
b) GALEN. l. c. II. 3.
c) GALEN. C. II in HIPP. aphor.
d) *Idem* med. meth. XI. 3.

ſcindere morbos, cum quibus etiam reliqua ſymptomata auferuntur e).„

INTRODVCTIO IN AETIOLOGIAM.

Rerum euenta magis arbitror, quam cauſſas, quaeri oportere, et hoc ſum contentus, quod, etiamſi, quomodo quidque fiat, ignorem, quod fiat, intelligo.

CICERO.

Quamuis omnes medici, qui ratione et methodo quadam aegritudinibus tum cognoſcendis, tum curandis, operam dant, facile in eo conſentiant, earum cauſſas praecipue eſſe rimandas atque aeſtimandas; fatendum tamen eſt, nos ſaepe non eſſe tam felices, vt aegritudinum cauſſas vere agnoſcamus, quin potius in iis eruendis ſaepe fallimur, non cauſſas pro cauſſis arripientes. Neque tamen, de medicinae certitudine ideo actum eſſe, credendum eſt, licet cauſſarum definitio maximi omnino momenti ſit; alia enim via datur, qua licet idem perſequi, quod cauſſarum aeſtimatio ſpondet. Recte enim Cl. THIERY f): „Wenn man zu der Unterſuchung der allgemeinen Urſachen ſchreitet, vnd ſie ordnet, wünſcht ich, daſs es mit vieler Vorſicht, vnd mit ſichern Schritten geſchähe. — Wie kann man ſich in den Fällen, wo vns die Einſichten mangeln, die Wirkungen zu beſtimmen, bis zu den Urſachen erheben? Ich ſehe dabey nur eine Quelle. Man beobachte nur dasienige oft, was wir unveränderlich

e) *Idem* med. meth. II. 7.
f) Erfahr. in der Arzn. p. 49.

lich mit den einfachen vnd zuſammengeſetzten Krankheiten verbunden finden. Man ſchreibe die beſtändigen vnd unveränderlichen Wirkungen nieder, vielleicht werden wir einſt bis zu den Urſachen zurückkommen. Die unveränderlichen Wirkungen ſind das Ebenbild der Urſachen g).

Quibus ſimilia meditaturus eorum labores magni feci, qui ordinandis aegritudinibus, earum characteres conſtituendo, operam dederunt: ſimul vero eorum, qui affinitati aegritudinum artificiali ſyſtema ſuperſtruxerunt, non tanti habendos eſſe labores, facile perſpexi, quanti omnino ſunt aeſtimandi eorum, licet paucorum, et imperfecti huc vſque labores, qui affinitatem aegritudinum naturalem praetulerunt, quorſum refero MORTONI, SYDENHAMI, BAGLIVI, HEBENSTREITII, MANGOLDI, DRVMMONDI, SCHROEDERI, Cl. SELLE, tum iudicia, tum labores. Nam, quoniam ſimilitudo chactraerum conſtantium, eſſentialium, nos de ſimilitudine cauſſarum conuincit, non dubitaui, quin poſſet tum medendi methodus certa, tuta et proſpera, aegritudinum affinitati ſuperſtrui, neglectis adparenter earum cauſſis, aut dubie adpoſitis, tum aegritudinum cauſſas poſſe in poſterum egregie et inueniri et confirmari, poſtquam nimirum non paucis ſolum, ſed pleriſque medicis placuerit, et aegritudines ad lectulos aegrotorum ſecundum affinitatem naturalem ſcrutari, et de comparandis ſimul ac confirmandis earum characteribus eſſentialibus magis eſſe ſollicitos, vt cauſſas aegritudinum certe atque euidenter perſpiciamus.

Suffi-

g) l. c. p. 57.

Sufficiat itaque in genere, tum cauſſas definire, tum earum naturam exponere, deinde in ſpecie quaſdam ita venditas noſologiae et pathologiae reſeruando. Igitur

AETIOLOGIA hic eſt doctrina de cauſſis aegritudinum. CAVSSA vero *tum* eſt id, quod rationem aegritudinis in ſe continet, *tum* principium *philoſophorum*, a medicis cauſſae etiam nomine inſignitum, ſeu id, ex quo intelligitur, cur quid eſſe poſſit. *Cauſſa* igitur eſt:

A. *Proxima, continens; prima, per ſe agens* GALENI, cauſſa, quae aegritudinis rationem ſufficientem continet, qua poſita aegritudo ponitur, ſublata abeſt. Conſtat:

B. *Remotis, ſecunda* GALENI, „cauſſa, quae, (ſub conditione) per accidens, efficit, vt morbus exiſtat.„ GALEN. Neglectae, deinde definiendae, naturae aegritudinum perquam conſentaneae, cauſſarum diſtinctioni vtrique ſubiungendas ſubſtituerunt diſtinctiones ſequentes, quibus ſpecies et differentias neceſſarias addam.

a. *Praediſponens, proëgumena, antecedens, diatheſis, ſeminium, aptitudo ad aegrotandum*, quae procliuitatem ad hanc vel illam aegritudinem concipiendam infert. Quorſum

α. *Naturalia ſeminia*, quae conſentiunt cum ſanitate:

α. *Communia*, quae vnicuique homini inſunt;

1. Commercium animi, animae, viriumque corporis.
2. Aequilibrium virium facile mutabile.

3. Im-

3. Impetus virium facile mutabilis et fugax.
4. Nexus hominis cum vniuerſo.
5. Functionum omnium ac ſingularum conſpiratio.
6. Solidorum mutabilitas, affectiones, cohaeſio et nexus.
7. In ſpecie, ſenſibilitatis vis in reliqua, et
8. Irritabilitatis, et
9. Celluloſae et vis mortuae h).
10. Humorum copia et craſis mutabilis.
11. Oeconomia, ſtructura corporis, vt canalium conditio, numerus, implicatio, ſubtilitas, mollities, ſuperficies, meatibus vndique patens.
12. Ratio ſolidorum ad fluida mutabilis.

β. *Propria*, quae ſubiecto tantum inhaerent:

1. *Temperamenta*, ſanguineum, biliofum, melancholicum, phlegmaticum, *temperies*, calida, frigidaue; quae licet communibus maxime nitantur, alia tamen admittunt, vt propria ſint.
2. *Aetas.*
3. *Sexus.*
4. *Idioſyncraſia*, ſeu ſingularis hominis conditio, qua ipſi nocent, quae ſexcenti ferunt impune et facile.
5. *Conſuetudo* actiua et paſſiua i).

b. *Praeternaturalia*, quae diſſentiunt cum ſanitate:

1. *Haere-*

h) *Comm. Lipſ.* VIII. 123. XI. 483. XVII, 629.
i) *Comm. Lipſ.* VII. 510.

1. *Haereditaria diathesis.*
2. *Aegritudo simplex, spiritus morborum* Cl. ISENFLAMM k).

b. *Prophasis, occasio, caussa occasionalis, procatartiea, potentia nocens*, quae ad illam accedens, proximam producit:

a. *Gesta.*
1. *Animi pathemata*, moeror, metus, terror; ira, gaudium, amor, rel.
2. *Quies, somnus, vigiliae, motus, status, sessio, decubitus*; indole, aut diuturnitate vel breuitate, nocentia.

b. *Ingesta*; admissio:
1. *Cibi*, peccantis, *copia* maiori, minori, *qualitate*, aut propria, aut relatiua.
2. *Potus*, peccantis ratione, simili cibis.
3. *Aëris*, nimirum frigidi, calidi, sicci, humidi, densi, rari, electrici, inertis, diu reclusi, miasmatici, mephitici, subito alienati.
4. *Toxicorum*, tam *venenorum*, quam *medicamentorum*, et sub vario titulo 1 — 3. rel. venientium, interne adhibitorum.

c. *Excreta*, nimia quantitate aut qualitate tam naturalia et alias salubria, quam praeternaturalia.

d. *Retenta*, qualitate aut quantitate simili.

e. *Externe adplicata*, sub aëris, lucis, toxicorum, rel. forma, vestimentorum immundities, violentiae externae, rel.

Omnis

k) *Comm. Lips.* X. 696.

Omnis aegritudo ſupponit *cauſſam proximam*, quae ſi conſtat diatheſi et prophaſi, ambarum *concurſum*, quem ſi ſpectas, patebit, aegritudines per diuerſam cauſſarum rationem poſſe diſtingui in ſymptomata, paſſiones, morbos. Scilicet

1. Dantur aegritudines, quae ſunt qualitates ſenſibiles alienatae, tum corpori adhaerentium, tum excretorum, et *ſymptomata* vocantur: quorum *cauſſam* ſi ſpectas, eadem eſt:
   α. Vel *morbus*, vnde epigenemata dicuntur.
   β. Vel *paſſio*, vnde ſymptomata (ſymptomatum) dicuntur.
2. Dantur aegritudines, quae ſunt actionum et functionum hominis accidentia praeternaturalia, quarum, *paſſionum* voce inſignitarum, *cauſſa* eſt:
   α. *Morbus.*
   β. *Cauſſa peculiaris.*
3. Dantur aegritudines, quae ſunt virium aequilibrii hominis accidentia praeternaturalia, peculiaria, et ſupponunt ſuas cauſſas peculiares. Hae *morbi* vocantur.

Hae aegritudines eſſentialiter differunt. Morbus enim exiſtit, licet ſaepe aegre agnoſcatur, quamuis nec paſſiones, neque epigenemata inferat. Paſſio autem exiſtit tantum ſub conditione praeſentiae morbi. Symptomata tantum exiſtunt ſub conditione praeſentiae morbi et paſſionum. Morbus omnis et aptus eſt producendis tot paſſionibus, quot dantur, et vere has illas producit, non eadem ratione paſſio vel ſymptoma. Quoniam

quam vero ratio esse debet, cur morbus hanc potius, quam aliam, passionem excitet, passio, praeter morbum, aliam etiam supponit caussam, quae, cum morbo coniuncta, passionem producit.

Intelligitur itaque affinitas et dignitas caussarum. Scil.

I. *Morbi caussa*

A. *Proxima*, *continens*, est, quae morbi rationem sufficientem continet. Constat:

𝔄. *Materiali caussa*, *prima*, quae est caussa, quae efficit, vt morbus existat.

𝔅. *Formali caussa*, *secunda*, quae efficit, vt morbus qua talis existat, et continet rationem differentiae morbi ab alio, per epigenemata, quae producit.

II. *Passionum caussa proxima*, quae passionum rationem sufficientem continet.

𝔄. *Materialis caussa*, quae est caussa efficiens, vt passio existat.

𝔅. *Formalis caussa*, quae efficit, vt passio qua talis existat, et continet rationem differentiae passionum, per symptomata, quae producit.

III. *Symptomatum caussa proxima:*

𝔄. *Materialis*, quae est caussa efficiens, vt symptoma existat.

𝔅. *Formalis*, quae efficit, vt symptoma qua tale existat, et continet rationem differentiae qualitatis sensibilis alienatae ab alia.

Hinc symptomatum caussa formalis est aegritudo simplex, et redit ad caussam remotam, tum praedisponentem, tum occasionem. Eorumdem caussa materialis est morbus.

Pas-

Passionum caussa formalis est quoque aegritudo simplex, et nititur duplici caussa remota. Caussa autem materialis morbus est.

Morbi caussae, tum materialis, tum formalis, admittunt ambae tum dispositionem, tum occasionem. *Passiones* et *symptomata* praeterea non raro admittunt *caussam intermediam*, *intercedentem*, inter materialem et formalem.

Atque notandum est, in his caussis saepe nec esse principium, nec finem. „Fit enim, vt idem interdum sit caussa et symptoma, caussa et adfectus [1]).„ v. c. Suppressa transspiratio. Imo passio excitata fit vna caussa morbi, v. c. pestis, variolae, rel.

Indicationes caussarum verarum sunt prophylacticae, dum impeditur, ne aegritudo fiat, (et pertinent tum ad receptiuitatem corporis, tum ad prophases:) et aegrotationes prophylacticae tolerantur et probe diriguntur.

N. Aegre ne feras, L. B., quod caussarum materialis et formalis aliam definitionem hic inuenias, ac dederunt alii. Quum enim non omnibus adhuc vsitatae sint, voces facile sic definire potui, vt nomen rei adaptaretur, non contra.

1) GALEN. med. meth. XI. 13.

INTRODVCTIO IN NOSOLOGIAM.

Dubitari nequit, quin medicus aegritudines ſcrutetur, vt eas tollere, aut mitigare ſaltem poſſit. Itaque doctrina de aegritudinibus ita comparata eſſe debet, vt medicum bene et facile inſtruat, quo curationis conſilia dirigenda ſint. Conuenientia etiam atque diſſidentia curationis, et conſpirantem et repugnantem aegritudinum cauſſarum rationem ſupponens, naturam quoque aegritudinum reuelat. Nam quemadmodum bene GALENVS [m]) edixit: „Conſtat, tot eſſe medendi rationes, quot morborum ideae exiſtunt:„ ita e contrario tot ſunt morborum ideae, quot medendi rationes. Igitur oportet, vt aegritudines ſcrutaturus ſciat, quo dirigendus ſit methodus medendi. Audias igitur GALENVM, qui: „Vt enim in ſumma dicam, nullum ſymptoma, qua ſymptoma eſt, nec curationis rationem indicat, nec primum immutat. Monſtratum enim eſt, ex *morbis ipſis curationis indicationem praeſtari, veluti ex cauſſis ipſis prouidentiae* [n]).„ Atque alibi. „Conueniunt in eo omnes, ad adfectum, qui functioni obeſt, curationis conſilia eſſe dirigenda. Nemo enim v. c. ſanat claudicationem, ſed adfectum, qui hanc efficit, veluti phlegmonem, ſi eius vitio claudicatur [o]).„ Igitur non ad paſſiones, ſed ad morbos reſpiciendum eſt in curatione, iudice GALENO; quare et *Idem*, „neceſſe erit,

m) Meth. med. II.
n) Meth. med. XII. 1.
o) Meth. med. II. 1.

erit, inquit, vt curationem ſuſcipientes diſtinguant morbum et pathos p).„

NOSOLOGIA eſt doctrina de morbis.

MORBVM autem definiunt ſyndrome ſymptomatum conſtans, paſſionum geneſis, medendi methodus ei appropriata, ſupponens concurſum cauſſarum peculiarium: vnde definiunt ſubiectum, praegreſſa, comitantia, iuuantia, laedentia, epigenemata, criſes et ſolutiones, et horum omnium definita ratio.

Morbi cauſſa proxima conſiſtit in alienato aequilibrio virium hominis.

Morbi cauſſa materialis eſt commercium, conſenſus, conſpiratio, virium hominis.

Morbi cauſſa formalis eſt alienatio vnius, alteriuſue vis, eſtque:

Diſpoſitio, quae redit ad receptiuitatem animae et vis vitalis, et ſeminia propria, et praeternaturalia, ac

Prophaſis, quae redit ad conditiones, quo varii ſtimuli receptiuitati adplicantur.

Vnde patet, nec cauſſam proximam, nec materialem vmquam eſſe obiectum curationis, ſed cauſſam proximam, atque materialem vbique eſſe eamdem, hinc in ſpeciebus morborum definiendis attendendum modo eſſe ad cauſſam formalem, eiuſque cauſſas conſtituentes. Patet etiam, omnium morborum ſedem vere eſſe in ſolidis, quod voluit BAGLIVVS.

Differentiae morborum ſunt pariter, ac aegritudinum, *eſſentiales* atque *accidentales*. Quod *accidentales differentias* attinet:

1. *Ab*

p) Ibid. II. 3. et 7. ad fin.

1. *Ab origine*: quidam ſunt haereditarii et congeniti, illorum exemplum ſiſtit calculus, horum hernia, plethora infantis. Dantur aduentitii, vbi notandum eſt, dari ſimpliciores, non ſatis ab auctoribus definitos, ſed paſſionum differentiis tantum inſignitos; quos, quoad aetatem et ſexum, ad quae referuntur, ſub morbo anonymo commemorare placet. Dantur morbi protopathici, qui ex alio morbo non naſcuntur, ſed peculiarem cauſſarum concurſum ſibi vindicant, et peculiarem poſcunt medelam, dantur deuteropathici, qui ex morbo potius oriuntur, et hunc tamquam cauſſam primariam agnoſcunt, medelam etiam poſcunt, quae potiſſimum congruit morbo primario, e quo nati ſunt. Huius potiſſimum exemplum ſiſtit neuroſis, maligna dicta, ſcirrhus. Contagioſi dantur in diſtans et per contactum, veluti ſepſis et ſcabies, ſyphilis. Dantur epidemici, vt ſaburra billioſa, verminoſa, ſepſis, et endemici, veluti trichoma.

2. *A ſede*. Dantur vniuerſales, veluti plethora, ſepſis, ſcorbutus, et particulares ſeu topici. Hos, ſi ſyndrome eſt peculiaris, tamquam morbi differentias, enarrare placuit in noſologia, v. g. calculum renum et veſicae: quodſi ſolent ab auctoribus ad paſſiones referri, v. g. cataracta calculoſa, in pathologia, ad morbum attinente, ſpeciali, commemorantur. Vnde, hi paſſiones dicantur protopathicae, reliquis paſſionibus

bus deuteropathicis dictis. Dantur idiopathici, veluti trichoma et ſympathici, vti, ſcrophulis abdominalibus praeſentibus, oriundae glandulas colli cet. obſidentes. Morbi protopathici tranſeunt in idiopathicos, hi in illos, veluti pyogenia, arthritis, oſtendunt.

3. *Ab indole:* ſunt leues, graues; magni, parui; regulares, irregulares, benigni, maligni, anomali, corrupti, actiui, vt ſepſis, paſſiui, vt ſcorbutus, ſcirrhus, vt tamen tranſeat vnus in alterum.

4. *Ab euentu:* ſunt periculoſi, ſecuri; inſidioſi, fidi, indifferentes, ancipites; praui, detrimentoſi, ſalutares; ſanabiles, inſanabiles, letales; pērſeuerantes; recurrentes.

5. *A forma et conſtitutione:* ſunt ſimplices et compoſiti, hique comitati, complicati, conſecutiui, complexi et confuſi, celeres et tardi, acuti et chronici, anabatici et homotoni, epacmaſtici et paracmaſtici, continentes, remittentes, intermittentes, ſuppreſſi, et reuocati, recurrentes, periodici, typici; atypici; crudi et cocti; et criſes et ſolutiones ſubeuntes, atque indicantes.

Atque hae accidentales differentiae nituntur tum eſſentialibus, tum modificatione earum, qua paſſiones et ſymptomata producuntur.

Differentiae morborum eſſentiales redeunt ad cauſſam formalem et enarrantur in noſologia.

Caussae itaque formalis consideratio summi omnino momenti est, atque attendenda ex vtraque eam componente, potissimum dispositio, atque iterum in hac maxime seminia naturalia, eademque in primis communia, quae non sunt ab auctoribus pro dignitate sua considerata. Itaque pauca liceat breuibus attingere, quum arduum sit, in re graui viam primum pandere. Commercium virium hominis vtinam perspicere liceret, at licet tantum ex effectu ad eius modificationes concludere. Virium aequilibrium ideo facile mutari posse videtur, quod *impetus virium* facile mutari potest. H*ic* vero, HIPPOCRATI iam cognitus, *τό ἐνοϱμῶν*, a paucis aestimatus, agnoscitur tantummodo per effectus q). Sed haec eius videtur esse lex: vt impetus vis vnius augeatur sub imminuto impetu vis reliquae vtriusque, et imminuatur sub incremento impetus vis vtriusque reliquae. Atque idem continere potissimum videtur rationem sufficientem passionum, maxime deuteropathicarum, dum idem adficitur et mutatur ratione mox dicenda. Nexus hominis cum vniuerso per se patet, et maxime medium est, quo occasio agat coniuncta cum dispositione. Maximi certe momenti est sympathia corporis humani, quae cur adeo et in physiologia et in pathologia, quam dicunt, neglecta sit, non capio. Itaque confert, eius leges generales saltem eruere, quantum licebit. *Sympathia*

I. *Nititur affinitate virium:*

A. *Per-*

q) Impetus differt per aetates, epidemicam constitutionem, vitae genus, (solidorum dispositionem, familiis etiam communem. Comm. Lips. XVIII. 204.)

A. *Perfecte similium*, v. c. ſenſibilitas, ſenſatio variarum partium, irritabilitas, rel., agnoſcit legem: maior vincit minorem, atque cum maiori impetu virium aequilibrium affligit.

B. *Proxime ſimilium*, v. c. vis neruoſae atque irritabilitatis, irritabilitatis et vis mortuae.

II. *Similitudine ſtructurae.*

III. *Nexu partium* [r]).

Sed quando *tum* vim meditor et poteſtatem, quas habent ventriculus et inteſtina in totam corporis humani oeconomiam, *tum* aeſtimo, eadem plerumque eſſe obiectum curationis, dum pleraque certe remedia ad ventriculum et inteſtina deferuntur, et horum actio maxime in mutatione eorum conſiſtit, vt aegre plerumque credas, medicamenta ad alias partes deferri, denique medela etiam externa poteſt in ventriculum et inteſtina agere per ſympathiam; exiſtimem, omnino inducor, cum vtilitate medicinae poſſe ſympathiam in *internam* et *externam* diſtingui: vt *illa* denotet ſympathiam [s]), per ventriculi et inteſtinorum modificationes explicandam, *haec* quae alii rationi debetur. *Eius* legibus inueniendis iam aliquamdiu operam dedi, nec tamen adhuc adeo certas erui, vt proponere placeat, id tamen in vniuerſum dicam, intercedere has *leges:*

a. Senſilitate gaſtrica (ventriculi et inteſtinorum) aucta, imminuitur eius irritabilitas, hac imminuta augetur palpitatio, etiam celluloſae [t]) competens, ſeu vis etiam mortua.

 b. Irri-

r) Cf. REGA, aliique de ſympathia C. H.

s) Comm. Lipſ. XIII. 208.

t) Celluloſae competit tum ſecundum naturam, quod docent ira,

b. Irritabilitate gastrica aucta, imminuitur irritabilitas cordis, augetur irritabilitas vasorum: et contra, imminuta alienatio similis.

Quod *externam* attinet, notandum potissimum est sympathiam esse aliam, cum tono, secundum latera hominis v). Sed omnia docent veritatem dicti HIPPOCRATIS: „Confluxio vna, conspiratio vna, consentientia omnia.„

Inde igitur oriuntur aegritudines simplices: laxitas, teneritudo, rigiditas, spasmus, atonia, tremor, palmus, irritabilitas producens motus inscios, ecstasis, catalepsis, torpor, paresis, sensibilitas, insensilitas, anaesthesia, sensibilitas alienata, et erethismus, eclipsis, paralysis, asthenia, dolor, stupor, anodynia, diductio, angustia, coalitus, disiunctio, vulnus ex parte, ectopia, procidentia; ex harum cum varia prophasi coniunctione, dyscrasia, cacochymia, inertia, mixtio inaequalis, vitiata quantitas, motus humorum vitia.

Atque his demum omnibus, horum scilicet vario concursu, et varia modificatione per sympathiam et impetum, nituntur differentiae morborum essentiales, et excitatio passionum et symptomatum.

Maximae

ira, metus, fletus, catamenia, coitus: tum praeter naturam, quod comprobant spasmi, febres, phlegmasiae, exanthemata, in specie hydrophobia, hectica, hemitritaeus, variola.

Cf. Comm. Lips. VIII. 123. XI 483. XIII. 208.

u) Cf. Comm. Lips. I. 572. II. 222. VIII 461. suppl. dec. I. 428. XI. 529. 645. XV. 650. XVII. 425 sq. SAUVAG. tetanus sp. 9. et ephidrosis sp. 8. et atrophia sp. 15. Cf. et pneumophthoën, hydrothor. cet.

Maximae itaque vtilitatis esset omnino, has aegritudines seorsim cum industria scrutari, quum inde non morborum solum ratio intelligi posset, sed passionum etiam, quae simili omnino ratione nituntur. Dolendum itaque, tot obiici huic persequendo labori difficultates, vt de congrua earum tractatione huc vsque desperes.

Indicationes morborum sunt:

I. *Prophylacticae*, quae desumuntur a caussa, ad praecauendum morbum, euitando prophases, et mutando, quantum licet, receptiuitatem.

II. *Curatoriae*, quae ad praesentem morbum spectant, et desumuntur a caussa, ad tollendum aut mitigandum morbum.

a. Euitando prophases.

b. Rescindendo mutationes praeternaturales, inde inductas, excitando et promouendo coctionem, et adiuuando, excitando passiones salutares, vt vel pepsis vel pepasmos producatur.

c. Mutando, quantum licet, receptiuitatem:

α. Ad tollendum morbum praesentem.

β. Ad praecauenda, recidiuam, aut morbum nouum.

Hae differentiae, quibus fit, vt varia ratione id perfici medicus debeat, lumen dant ad agnoscendas morborum differentias.

INTRODVCTIO IN PATHOLOGIAM.

Pathologia eſt doctrina de paſſionibus. passionvm naturam tum in introductione, tum in aetiologia dixi: ſcilicet passio dicitur ſyndrome ſymptomatum, quae partim morbo, partim aegritudini ſimplici, ſeu cauſſae peculiari, debetur, et quae referri ſolet ad quamdam corporis humani partem, quaeque ſymptomatum quoque auctor exiſtit.

Earum cauſſas ſupra diximus in aetiologia, et quidquid definiendum ſupereſt, poſt commemorationem differentiarum eſſentialium ponendum erit.

Earum *differentiae accidentales* eaedem ſunt, atque aegritudinum in vniuerſum et morborum, adeo, vt multae ad has potius referendae ſint, quam ad morbos. Aliquando autem dubium naſcitur, num quaedam ad paſſiones potius, an ad morbum ſpectet, v. c. contagium, quod fere potius morbo conuenit, quam paſſioni. Quare eas ſi bene rimaris, multa poteris, eaque difficiliora, facile explicare.

1. *Ab origine:* quaedam ſunt *haereditariae*, vt haemoptyſis, et *congenitae*, vt icterus, *aduentitiae*, plurimae, *protopathicae* proprie nullae, ſed morbi topici ita ſalutantur, vt diximus in introductione ad noſologiam, *deuteropathicae* proprie omnes, *contagioſae*, vti dixi, forte non dantur, ſed ſimulantur, dum morbi ſunt. *Sporadicae* plurimae, dantur tamen et *pandemicae*, dum morbi per vnam potiſſimum paſſionem modificantur. Dantur et *ende-*

endemicae, v. g. febris intermittens, bronchocele, quamuis morbo proprie debeantur. *Stationariae* et *intercurrentes* omnino deprehenduntur.

2. *A ſede.* *Vniuerſales* omnino ſunt, v. g. febris, et plurimae topicae, quae et in morbum idiopathicum interdum tranſeunt, quod bene notandum, *habituales* dicendae, dum ſunt, *idiopathicae* occurrunt, dum morbus topicus eſt, plurimae ſunt *ſympathicae.* Sunt et *fixae* et *retrogradae*, *externae* et *internae.*

3. *Ab indole.* Frequentes ſunt *leues* et *graues*, *magnae* et *paruae*, *regulares* et *irregulares*, *benignae* et *malignae*, *anomalae* et *corruptae*. *Actiuae* autem *et paſſiuae* maximam attentionem ſibi vindicant, de quibus deinde.

4. *Ab euentu*, *a forma et conſtitutione*, *et ſolutione* differentiae omnes frequentiſſime occurrunt. *Celeres*, *tardae*, *acutae*, *chronicae*, *continentes*, *remittentes*, *intermittentes*, *periodicae*, omnes ſunt adeo, vt in pathologia idem merito omittatur. Atque omnino, eos naturam aegritudinum non ſufficienter perſcrutatos eſſe, putes, qui vbique paſſionem ad vnam modo eiuſmodi differentiam euenientem deſcripſerunt. *Differentiae paſſionum eſſentiales* poni poſſunt ſequentes.

I. Quae citra viciſſitudines perſeuerant, *ſimplices*, ſeu vna relatione conſpicuae, p a ſ ſ i o n e s proprie dicendae, *aut* quae viciſſitudines, tempora ſubeunt, imo in his ad varium morbum pertinent, a d f e c t u s dicen-

dicendae. *Illorum* exemplum ſiſtit iſchuria, *horum* variolae. *Illae* paſſiuae, *hae* actiuae.

II. Sunt, vbi in partibus, ad quas referuntur, vera alienatio conſtitutionis obtinere, ſuadent argumenta: ſunt, vbi non eſt.

III. Sunt, quae actiones, functiones partium depravatas ſiſtunt, veluti dyſpnoea, *aut* quae ſtatum praeternaturalem perfecte redolent, veluti febris.

IIII. Sunt, quae tamquam aegritudines ſimplices, verae tamen paſſiones, quum morbo debeantur, *primariae* vocari poſſunt, dum ex harum cognita natura, nonnullis compoſitis, non neglecta ſimul ſympathia, natura omnium paſſionum intelligitur; ſunt, ex quibus non poteſt, *ſecundariae.*

V. *Illae*, primariae, *vel* aegritudines potius ſimplices ſunt, quorſum debilitas, laxitas, inertia, flexilitas, teneritudo, tabitudo, fragilitas ſpongioſa, fiſſilitas, rigiditas, tenacitas, durities, fragilitas vitrea, ſpaſmus, atonia, tremor, palmus, tetanus, conuulſio, eclampſia, epilepſia, ecſtaſis, catalepſis, dicta ratione, torpor, pareſis, ſenſibilitas, inſenſilitas, anaeſtheſia, ſenſibilitas alienata, erethiſmus, paralyſis, eclipſis, aſthenia (debilitas), dolor, ſtupor, anodynia, diductio, dilatatio, anaſtamoſis, diapedeſis, diaereſis, ruptio, diabroſis, emphraxis, conſtipatio, compreſſio, collapſus, contractio, ſymphiſis, vulnera, fractura, fiſſura, attritio, coalitus, diſiunctio, ectopia, procidentia, conformatio vitiata, enormitas, tumor, mutilatio, dyſcraſia, ſpiſſitudo, fluxilitas, ſeceſſio

par-

particularum nimis facilis, cacochymia, inertia, mixtio, inaequalis, quantitas aucta, imminuta nimium, motus intestini, progressiui, humorum vitia: atque ex harum concursu, tamquam caussis, aliae componuntur. *Vel* ipsae iam sunt magis compositae passiones, quas pathemata vocare poteris, quorsum referenda febris, phlegmasia, rel.

VI. *Hae*, (n. IV.) secundariae, *vel* aegritudinis etiam simplicis aut symptomatum nomen sibi vindicant, v. c. sudor, *vel* passiones sunt verae.

VII. Sunt, quae ipsas vires vitales adfligunt, indeque coctiones, crises morbi aut tollunt, aut impediunt vel remorantur: sunt, quae eas non tenent, sed earumdem ex parte effectus sunt, et criticae fiunt in morbis.

VIII. Sunt, quae cum morbo comparent, et cum eo recedunt, sunt et, quae *vel* ante morbum praesentes sunt, *vel* post eum solutum permanent.

VIIII. *Illae vel* debentur aegritudini simplici, et modificantur a morbo, *vel* morbi ipsius caussa remota sunt, et dein modificantur a morbo, v. c. variolae interdum.

X. *Hae*, si vltra morbum persistunt, *vel* aegritudinem simplicem constituunt, *vel* morbum topicum, passionem protopathicam, quam dixi.

Ex propositis hactenus differentiis liquet, caussas passionum non posse plenius exhiberi, quam supra propositae sunt, nisi maiorem catalogum conscribere quis velit, quam licet per deficientes caussarum in pathologia speciali definitiones. Dies igitur diem docebit.

In-

Indicationes passionum.

1. Passio, adfectus, exposita varia ratione praesentes, iubent ablationem sui, nisi coctionem, vel solutionem morbi, adiuuant, aut criticae sunt, aut futurae sunt.
2. Passiones coctionem potissimum, vel solutionem, aut impedientes aut retardantes, si licet, rescindantur ante coctionem vel solutionem.
3. Eadem, designans crisin, per eamdem partem futuram, eidemque viam pandens, toleretur, adiuuetur.
4. Eadem, si occasionem morbo suscipiundo praebet, vel simplici, vel composito, rescindatur, si licet et expedit.
5. Nisi sponte cum morbo, aut hoc superato, cedit, rescindenda, maxime si occupat partem nobiliorem.
6. Mutatio passionum suscipiunda definitur per suas caussas tum materiales, tum formales, quibus respondere debent agenda.

INTRODVCTIO IN SYMPTOMATOLOGIAM.

SYMPTOMATOLOGIA est doctrina de symptomatibus.

SYMPTOMA *in sensu latiori* GALENI est, quidquid animali praeter naturam accidit: *in sensu strictiori*, separatis, morbo, passionibus, caussis, rel., est sensibilis a sanitate recessus, aegritudinis sequela.

Quod

Quod *differentias* ſymptomatum attinet, ſunt

I. *Excretorum*, quae ad excreta pertinent.

II. *Qualitates corporis alienatae* ſeu mutatae.

III. *Functiones* ſeu *actiones*, *laeſae*, iam eximendae, quae paſſiones ſunt.

IIII. Sunt *effectus*:

A. *Cauſſarum morbificarum*, aegritudinum ſimplicium.

B. *Morborum*, epigenémata dicta.

C. *Paſſionum*, pathognomonica.

D. *Symptomatum*.

E. *Aegrotationum*, ſymptomata actiua.

V. *Neceſſaria*, *eſſentialia*, *inſeparabilia*, *propria*, *primaria*, quae ſub omni aegritudinis conditione adſunt: vel *non neceſſaria*, *accidentalia*, *aſſidentia*, illis oppoſita. Illorum

A. Ea *perpetua*, *indiuidua*, *ſimultanea*, vocantur, quae per totum aegritudinis decurſum adſunt.

B. Ea, *temporaria*, *ſucceſſiua*, dicuntur, ſi non adſunt. Horum

𝔄. Ea *epiphaenomena*, *ſuperuenientia*, *poſt accidentia*, nominantur, quae poſt exortum aegritudinis comparent.

𝔅. Ea *Synedreuonta*, *aſſidentia*, *mox adparentia*, quae ſtatim ſub aegritudinis ingreſſum ſpectantur x).

PIE-

x) Cf. GALENVS de ſymptom. cauſſ. III. 5. meth. med. I. 8. II. 1. In aph. Comm. I. 12. in. vulg. Comm. III. 3. t. 34. Comm. in progn. HIPP. I. t. 27. de Art. conſt. c. 15. p. 79.

EPIGENEMATA ſunt, quae eſſentialia morbi ſymptomata ſunt, et comparent, aut nullam, aut quamcumque paſſionem excitet morbus.

PATHOGNOMONICA ſunt, quae paſſiones quaſdam comitantur, ſub omni morbo paſſioni eſſentialia, et paſſionem ab alia diſcernunt.

ANONYMA, *pathognomonica diagnoſtica*, ſunt, quae ex concurſu morbi et paſſionis oriuntur, et diagnoſin praebent, et paſſionem vnius morbi a ſimili paſſione alterius morbi diſcernunt. Confert omnino, de *affinitate et diſcrepantia aegritudinum* tum omnium, tum cuiuſque quaedam adhuc diſſerere.

Egregie CELSVS y): „Sic medicinam ortam, inquit, ſubinde aliorum ſalute, aliorum interitu, pernicioſa diſcernentem a ſalutaribus. Repertis deinde iam medicinae remediis, homines de rationibus eorum diſſerere coepiſſe; nec poſt rationem, medicinam eſſe inuentam, ſed poſt inuentam medicinam, rationem eſſe quaeſitam. — Primo autem remedia exploranda ſumma cura fuiſſe, nunc vero iam explorata eſſe: neque vlla aut noua genera morborum reperiri, aut nouam deſiderari medicinam. Quod ſi iam incidat mali genus aliquod ignotum, non ideo tamen fore medico de rebus cogitandum obſcuris; ſed eum protinus viſurum, cui morbo id proximum ſit, tentaturumque remedia ſimilia illis, quae vicino malo ſaepe ſuccurrerint, et per eius ſimilitudinem opem reperturum.„ Ex qua enunciatione facile colligere poteris, CELSO iudice, ſummae vtilitatis eſſe ſyſtema aegritudinum, affinitati earum-

y) De med. praef. p. 9.

earumdem naturali, ſeu cauſſali ſuperſtructum, vt ignota hactenus aegritudo, aut minus ſaltem cognita, facile poſſit curari, dum medela eadem fertur, quam illi ſimilis aegritudo ſuadet. Quoniam vero cauſſarum ratio difficilis ſaepe eſt agnitu, et omnis medicina orta eſt per medendi rationem, dum ad conuenientiam aut repugnantiam cauſſarum concludebant, et hodie etiam medela aut ſimilis aut diſſimilis, de affinitate et diſcrepantia aegritudinum nos conuincit, ſimiles aut diſſimiles cauſſas eſſe, docens, ſyſtema aegritudinum merito ſuperſtruitur affinitati et diſcrepantiae medelae. Itaque non eſt, quod dubitemus, inquiſitionem in affinitatem et diſcrepantiam aegritudinum ſummae vtilitatis eſſe, eam nimirum, quae cauſſis debetur, aut medendi methodo, cauſſis certe reſpondenti, quod iam HIPPOCRATES dixit: „oſtendit ſanatio.„

Diximus, tot eſſe morbos, quot medendi rationes, ſeu peculiaris et primaria cauſſarum ſyndrome. Igitur affines ſunt *cauſſae eae primariae et morbi*, dum eamdem fere aegritudinem conſtituunt, vt tamen morbus eae cauſſae dicantur, quando epigenemata et paſſiones inde excitantur, ſeu quum cauſſae concurrentes maxime in ſe agunt.

Morbi et paſſiones in eo ſunt affines, quod ambo excitent ſymptomata, quod ſimiles cauſſas ſupponant, quod morbus idiopathicus et paſſio protopathica eamdem aegritudinem conſtituant, mediam quaſi inter morbum et paſſionem (cf. introd. et pathol.). Imo, quod paſſiones, nonnullae ſaltem, tot etiam paſſiones excitare ſaltem videantur, quod morbus producit, vt

variolae

variolae docent. Sed *discrepant* in eo morbus a passionibus, quod hae morbum tamquam caussam ex magna parte agnoscant, quodque passiones passionibus aliis producendis re vera aptae non sint, sed idem dum videtur, epigenesis est passionum. Id enim comprobat medela.*) Scilicet ponamus adesse variolas, easque verminosas, atque simul comparere aut superuenire anginam, ptyalismum, phrenitidem, pleuritidem, rel., tum hae quidem dicuntur variolosae, at minus recte. Debentur enim vermibus, et poscunt medelam anthelminticam. Quodsi variolis deberent, peculiarem, variolis in specie aptam, medelam poscerent, quod non est. Haec tamen a plerisque male neglecta esse videntur. Deinde morbus etiam hoc sibi peculiariter vindicat, quod metaptosin inferat, seu quod passiones variae, permanente eodem morbo sibi succedentes producantur.*) Sic „vir corripiebatur febri, ardenti simili, quae aliquot post diebus in simplicem et legitimam tertianam mutabatur. Haec vitio sex rerum non naturalium, duplicabatur primo, deinde vero in quotidianam degenerabat; ex ista rursus tertianâ simplex fiebat, sed eius in locum, horis paroxysmi, inuincibilis sopor succedebat, quo depulso tertiana simplex denuo aderat z).„ „Vir etiam, 40 annos natus, aestatis tempore incidit in febrim acutam, continuam, cum delirio, quae septem dies durauit, absque perfecta crisi soluta. Sed lapsis duodecim horis, successit quotidiana intermittens, quae post

*) Haec comprobantia forte demum post succedentia intelligi poterunt. Expedit tamen, haec coniunxisse.

z) Ephem. Vratisl. T. XIV. p. 607.

post duas horas, in tertianam exquisitam, per tres hebdomades durantem, mutabatur, quam deinde quartana, hanc vero octana excepit. Secuta vltimo est purpura vrticata, per binas hebdomades, quae denique in trium septimanarum febriculam lentam desierat. Quibus omnibus finitis, superfuit oedema pedum cum vibicibus liuidis latis; his quoque defunctus aeger tandem perfecte conualuit a). „ [Alia exempla taceam.]

Num vterque aeger tot morbos sustinuit, quoties vnus morbus differentes excitauit passiones? Nonne eadem fere in vtroque morbo medela, sub varia etiam passione? Ita videtur: quamuis fiat, vt et morbus interdum mutetur, et varias excitet passiones, veluti plethora transiens in pyogeniam.

Affines etiam in eo sunt passiones et morbi, quod dictis nititur, quod differentias accidentales propositas habeant communes, vt tamen in quibusdam *differant*, quod dixi in pathologia. Aliam affinitatem nosologiae subiiciam.

Passiones et symptomata affines in eo sunt, quod ambo sint effectus caussarum et morbi quidem, eorumque praesentia vere vix vltra morbum duret, nisi noua caussa successerit, differunt autem in eo, quod passiones aliis etiam excitandis symptomatibus pares sint, quod earum caussae formali debetur, nec de symptomatibus statui potest.

His in genere expositis affinitas, et discrepantia aegritudinum inter se, nimirum morbi et morbi, passionum et passionum, rel. proponendae essent, quoniam vero haec supponunt cognitionem specialem naturae harum

a) A. N. C. vol. I. obs. 215. p. 476.

harum aegritudinum omnium, oportet, vt hae demum nosologiae, pathologiae, et symptomatologiae subiiciantur.

Sequi iam deberet nosologia. At vero quoniam euitari vix potest, quin symptomata et passiones indicentur, quae tamquam epigenemata commemorari debent, mutare ordinem, et praemittere pathologiam, combinata ex parte symptomatologia, proficuum videtur.

Atque in enarranda pathologia generali passiones primarias praemittere placet, vt ex his facilius secundariarum natura intelligatur, non studiose in his seiunctis adfectibus et passionibus, tum adiunctis symptomatibus, quarum indoles ex iam dictis facile diiudicatur.

At quis in proponendis passionibus ordo seruandus? Responderi vix potest, nisi de passionum notione, affinitate et discrepantia dictum, imo nosologia adumbrata fuerit, igitur haec alibi proponere placet, ordinem sequamur, cuius rationem alibi daturi sumus, anatomicum, tum passionum denominationi, tum plerorumque consuetudini, tum quodammodo affinitati, respondentem.

PA-

PATHOLOGIA

GENERALIS.

Tentabimus, ſermonem tranſigere, neque prolixius ſcribentes, neque aliorum errata corrigentes, ſed ſolam veritatem amplectentes, ex qua quiſpiam inſtructus etiam aliorum delicta comprehendat.

GALEN. *de differ. febr.* L. 2. C. 11.

Satius eſt, rerum differentias intelligere, quam contendere de nominibus.

GALEN. *de loc. adf.* L. 1. C. 6.

PARALYSIS. Partis, ſenſui et motui, aut alterutri, deſtinatae, priuatio ſenſus et motus, aut alterutrius, cum laxitate, pulſu inaequali, molli, tardo, aut omnino nullo, in parte adfecta, aliquando et febri, dolore, conuulſione particulari.

a) perfecta. PARALYSIS. Perfecta priuatio ſenſus et motus in parte, ſentiente et motum exercente.

b) imperfecta. PARESIS. Vbi vel ſenſus vel motus plus minus ſupereſt, aut paralyſis adhuc ſit.

N. Vtraque referri ſolet ad neruos et fibras muſculares, muſculos, hinc frequenter dicitur obuenire in lingua, labio oris, oculo, palpebris, veſica vrinaria, oeſophago, ventriculo, inteſtinis, cole, extremitatibus: pulmonibus, corde (mors eſt); ſed, quum vim irritabilem et ſentientem, vltra neruorum et muſculorum imperium, vt debes, extendis, in alias etiam partes cadit, et fere omnium paſſionum videtur eſſe eſſentia, licet in alia ſaepius parte exiſtat, ac paſſio. Diſtinguenda, per PAVLLVM et AVRIVILLIVM, ſecundum cauſſam.

α. *apoplectica.* apoplexiae comes et pediſequa, ex vitio capitis.

β. *Spinalis.* ex vitio medullae ſpinalis.

γ. *Singularis* a).

PARAPLEGIA. Paralyſis, relata ad dimidium tranſuerſum corpus, plerumque inferius: enureſis, anaphrodiſia, aluus inſcie reddita, anaeſtheſia, maraſmus.

HEMIPLEGIA. Paralyſis alterutrius lateris corporis, cum mente integra.

VESANIA. Imaginatio, adpeditus, iudicium, memoria, abnormes. (Nonne paralyſis partis cerebri?)

a) Vid. PAVL. AEGINETA L. III. c. 18. AVRIV. in BALD. coll. diſſ. I. p. 192 ſq.

SYNCOPE. Subitanea virium omnium animalium et vitalium, sensuumue tanta imminutio, vt aeger sui conscius non sit, sub lenta leniue respiratione, pulsu obscuro, sudore frigido, et aliquali calore interiorum, pallore.

LIPOTHYMIA. Subitanea et breuis syncope minor, cum pulsu et respiratione minus oppressis, et adstantes cognoscendi facultate, aurium tinnitu, vertigine.

ASPHYXIA. Subitanea omnium actionum, naturalium, animalium, vitalium, eclipsis seu prostratio, vera mortis imago, mors adparens.

ASTHENIA. Debilitas artuum, maior debilitate actionum vitalium, quae cum sensibus citra dolorem persistunt: augmentum a situ supino.

ANAESTHESIA. Tactus in toto corpore, citra stuporem, soporem, debilitas, imminutio.

ATONIA. Toni corpori, aut parti, competentis priuatio: laxitas, pulsus rari, tardi, molles, debiliores, sub arteria lata; vrina cruda, lateritia, limpida. Faciei, genarum saepe phlogoses.

SPASMVS. Partis, irritabili natura conspicuae, ea constitutio, vt maior, aut alia contractio, aut diutius persistens, sequatur, quam stimuli admissi alias producunt. In specie: contractio maior, diuturna, permanens b).

Pulsus duri, stricti, depressi, vrina pallida, nausea, cardialgia, pedum refrigeratio, extremorum rigor, tremor, borborygmi, obstipatio.

CONVVLSIO. 1. Spasmus antagonistarum alternans.

2. Agitatio inuita artus, vel musculi, breuis, cum superstite exercitio animae.

3. Spasmus cum atonia in parte alternans. Varie sumitur c).

ECLAMP-

b) Contractio permanens, cum partis adfectae immobilitate *spasmus tonicus* dicitur. Spasmus habitualis quibusdam *S. Viti* nomine insignitur.

c) *Prima*, proprie est conuulsio. *Tertia spasmus clonicus* seu conuulsiuus dicitur, vbi spasmus mox cessat iterumque recurrit, partem alterno motu succutiens.

ECLAMPSIA. Conuulſio acuta cum ſenſuum obſcuratione.

EPILEPSIA. Conuulſio chronica, intermittens, cum ſenſuum obſcuratione:

a. vniuerſalis, quae ad totum corpus ſpectat.

b. particularis, quae a membro oritur, vt in hoc detineri poſſit d).

TETANVS. Exercitium irritabilitatis ſubito ortum, perſiſtens cum dyſpnoea, ſenſu conſtrictionis ſub proceſſu enſiformi: corpus totum inflexile, partis, muſculorum rigiditas. Signa ſpaſmi.

Habet ſtadia tria e).

EMPROSTHOTONVS. Tetanus corporis anticus.

OPISTHOTONVS. Tetanus corporis poſticus.

CATOCHVS. Exercitium irritabilitatis pertinax, ſenſim ortum, citra dyſpnoeam.

HYSTERIA. Exercitium irritabilitatis varium, conſtans, cum impetu, fugaci, et ſubito mutabili. Globus abdominalis (ſenſus ponderis in abdomine ſe voluentis, ad ventriculum ac fauces adſcendentis et ſtrangulantis) ee), dyſpnoea, carus, dyſphagia, frigus occipitis, lumborum, extremorum, clauus, vmbilici retractio, vrinae copioſae, limpidae, pulſus ſtricti, depreſſi.

HYPOCHONDRIASIS. Exercitium irritabilitatis varium, potiſſimum ad viſcera hypochondriaca, diuturnum: dyſpepſia, languor, torpor, metus, moeror, vertigo, palpitatio, dyſpnoea, adiapneuſtia: ſaepe ingenii et appetitus ciborum vigor.

DOLOR. Exercitium tactus, animum ingrate adficiens.

ANODYNIA. Abſentia doloris, licet ſtatus corporis cognitus ſuadeat, animum ingrate adfici debere.

RHEV-

d) PAVLL. AEGIN. L. III. c. 13. BOERHAAVE. conſ. 2. SAUV. ſp. 2. 8.

e) Comm. Lipſ. VIII. 304.

ee) Irritabilitas, palpitatio varia peritonaei, cum pleura, mediaſtino, communicata.

RHEVMATISMVS. (Frigidus Auct.). Subito orituturus dolor carnis, grauatiuus, preſſorius, tenſiuus, citra tumorem et ruborem, mobilitatem partis non omnem ſuſpendens, a ſtragulorum et fotuum colore auctus, febrim praecedens, ſi adeſt, late diffuſus, a parte in aliam migrans, ſed recurrens facile.

MYOSITIS. (Rheumatiſmus calidus, acutus Auct.). Dolor topicus muſculorum, noctu diuque diſcrucians, motum fere omnem vetans, noctu exacerbans, ſanguis miſſus, corium pleuriticum exhibens, pyrexia. (Inflammatio muſculorum).

PYREXIA. Permanens velocitatis ſanguinis abnormitas, per alienatum potiſſimum, ſubiecto proprium, calorem, conſpicua. Siccitas faucium, (ſitis).

a. actiua.
b. paſſiua.

Vtraque exacerbationes ſubit:

1. *matutinas*, rariores.
2. *veſpertinas*, frequentiores.
3. *nocturnas*, non raras.

N. Apyrexia vocatur abſentiae pyrexiae, febris, tempus.

PHLEGMASIA. (inflammatio Auct. phlegmone, in corporis peripheria) f). Pyrexia, dolor topicus, laedens functionem partis, quam occupat: ſanguis miſſus, corium inflammatorium exhibens.

a. *acuta:*

a. *deſignata*, dicta.
b. *occulta*. Pyrexia, laeſa partis functio, indeque oriunda ſymptomata, cum dolore aut nullo, aut leuiori ex attactu. Vtraque:

α. ſicca, nulla humoris excretione ſtipata.

β. humi-

f) *Plegmone*, in ſpecie dicitur phlegmaſia ſolitaria, peripherica, dolore pulſatili inſignis, in pyogeniam tranſiens.

β. humida: exſudatione inflammatoria, HVNTERO dicta, ſtipata, vbi circa peripheriam partis inflammatae humor (lympha, mucus) exſudat.

b. *chronica.* (Infarctus auct.). Signa phlegmaſiae occultae, latentis, tardantis; ſanguis miſſus, atrum cruorem, rubicundiori maiori copia admixtum, aut corium pleuriticum, exhibens.

HAEMORRHAGIA. Profuſio ſanguinis cum pyrexia actiua.

PROFLVVIVM. Profuſio ſanguinis cum pyrexia paſſiua, aut nulla; laxitas vaſorum, indicata v. g. genarum colore roſeo.

APOCENOSIS. Profuſio humorum reliquorum, cum pyrexia paſſiua.

FEBRIS. Permanens velocitatis ſanguinis abnormitas, per viciſſitudines caloris, ſubiecto proprii, potiſſimum conſpicua, ſiccitas faucium, ſitis.

a. *actiua.* Sub viribus artuum imminutis, pulſus frequentes, celeres, fortes, reſpiratio celeritate, magnitudine, frequentia, aucta.

b. *paſſiua.* Sub viribus vitalibus integris, auctiſue, virium artuum notabilis imminutio, pulſus frequentes, celeres, debiles, parui, reſpiratio celerior.

In vtraque horror, frigus, rigor, calor, ſe excipiunt, ſenſus caloris in ſubiecto augetur, imminuitur. Eſt vniuerſalis, et partialis g), ad variam partem h). Febris paſſio eſt GALENO i).

N. Nonne pyrexia omnis, febris, phlegmaſia, haemorrhagia, teſtis eſt ſympathiae vtriuſque, externae, internae? Nonne inde differentia pyrexiae actiuae et paſſiuae? Nonne haec maioris ponderis, quam, confuſiones facile pariens, nullius etiam vtilitatis, diſtinctio pyrexiae, et febris potiſſimum, in inflammatoriam et

g) Comm. Lipſ. VI. 221. XVI. 71, v. SWIETEN II. 534.
h) Comm. Lipſ. V. 408.
i) De criſ. L. 2. C. 13.

et putridam? Num veterum de febribus doctrina, potiſſimum GALENI, quem omnino ſequuntur Arabes, adeo vituperanda? Non videtur. Dicunt, febres oriri potiſſimum (ſcil. exceptis ephemera et hectica) a putredine, quae ſit a calido praeternaturali (nequaquam innato) ſed externo, mutatio ſubſtantiae corporis ad corruptelam, ea, vt, quae iam compatruerunt, ſeparentur et euacuentur e corpore, reliqua corporis humoribus aſſimilentur [k]); ſitque vel intra vaſa, vel extra vaſa, (vel in humoribus, vel in celluloſa). In humoribus (intra vaſa) erit putredo, ſi humores velocius agitantur per cordis motum (febris actiua). Extra vaſa erit putredo (in celluloſa erit putredo), dum palpitatio celluloſae et fibrarum irritabilium, vaſorum, adaucta eſt (febris paſſiua).

2. Febris vtraque vel eſt vniuerſalis, vel particularis. *Illa* ad totum corpus ſpectat, et *vel* eſt cum impetu ad varias partes, et criſes ſimplices init, *vel* eſt cum impetu ad certam corporis partem paſſionem potiſſimum excitans, v. g. pleuritidem [l]). *Haec vel* eſt partialis ex impetu primum in parte nato, et cum corpore communicato [m]), v. g. pleuritis, quam febris ſequi dicitur: *vel* mere topica, dum ad ſolam partem pertinet. *Illius partialis* exemplum ex mente veterum etiam hectica [n]) ſiſtit. Atque haec quidem magnam in medicina attentionem merito ſibi vindicant: nec tamen ſunt a multis rite tradita, vt exempla in pathologia ſpeciali potuiſſent diſtingui.

3. Fe-

k) GALEN. de differ. febr. L. II. c. 9.

l) Cf. v. g. v. SWIETEN II. §. 593. p. 86. III. p. 169. CLEGHORN Kr. in Min. c. 6. p. 240. 250. KESSLER v. d. Faulf. p. 69.

m) Nec a GALENO (de criſ. II. 12.) praetermiſſae.

n) GALEN. de inaeq. temper. C. 5.

3. Febris vtraque vel eſt intermittens, vel remittens, vel ſubintrans. ita, vt omnis proprie ſit tritaea, quod in ſequentibus patebit. Tritaea autem eſt proprie actiua, per motum cordis, quem modificat ventriculus, (effectus ſympathiae internae). Ventriculus autem modificatur per irritabilitatem variam, haec partim per humores, eorumque copiam et indolem, partim per ſympathiam externam, quorſum celluloſae palpitatio. Hinc patet, quo modo morbi producant febrim, ſcilicet modificando ventriculi irritabilitatem, ratione dicta: idemque valet de omni pyrexia. Quum vero gradu tantum differant febres intermittentes, remittentes, ſubintrantes, palam eſt, idem gradui irritabilitatis gaſtricae deberi: vt recte neges, vere continentes dari, cum GALENO, BRENDELIO, CVLLENO, eo ſcil. ſenſu, quo dari multi crediderunt.

4. Febres actiuas multi dixerunt inflammatorias, paſſiuas putridas, vt febrim actiuam. quae ad morbum putridum ſpectat, haberent pro complicata febri inflammatoria et putrida, febrim paſſiuam, quae ad morbum inflammatorium, iterum pro complicata febri putrida et inflammatoria. Neque tamen complicatio adeſt, et quanta hic facile confuſio, tum in medendo, tum in ordinando vix euitabilis?

5. Phlegmaſiae eſſentia videtur omnino ponenda eſſe in imminuta vi, humores rite propellendi per quamdam corporis partem, et conſiſtit in relatione copiae humorum ad vires, vt ſit *abſoluta*, *paſſiua*, *putrida*, *maligna*, auctoribus dicta, ſi vires vere imminutae ſunt, ſub copia humorum, ſanitati etiam congrua, ad partem irruente (impetus paſſiuus): *relatiua*, *actiua*, *inflammatoria*, *benigna*, *genuina*, ſi, viribus ceterum integris, iuſto maior humorum

morum copia ad partem defertur (impetus actiuus). Lentor circuitus humorum in parte inflammata, stases, obstructio, calor, rubor, tumor, sanguinis error in cellulosam, lymphae transsudatio, sunt effectus, symptomata, phlegmasiae communia, nec constituunt essentiam adeo, vt, quoniam impetus solus sufficit producendae inflammationi, mirari non possis, cur, omnibus licet signis phlegmasiae in viuis praesentibus, nulla tamen effectuum signa in cadaueribus obueniant, sicuti e contrario effectus dicti, ab aliis caussis producti, possunt in cadaueribus obuenire, vbi in viuis nulla aderant phlegmasiae signa. (Et sic forte explicatu perquam difficiles obseruationes explicari possunt, dum etiam dicta comprobantur per ea in viuis obseruata, quod saepius in febribus impetus mutatur, et videntur inflammationes productae euanescere, et subinde aliae in aliis partibus oboriri, quod aegre credas.) Febris tum caussa est phlegmasiae (actiuae), tum effectus (passiuae), et vt facit, ita soluit phlegmasiam, dum irritabilitate ventriculi, quam supponit, efficitur, vt minor euadat febris impetus ad phlegmasiam, quam irritabilitas aucta efficit. Quae omnia maximam omnino attentionem desiderant.

6. Nonne rheumatismus est phlegmasia vasorum lymphaticorum? Et erysipelacea phlegmasia, veteribus etiam dicta maxime, phlegmasia sanguinea cum lymphatica composita? Nonne febris rheumatica, medicis hodie frequenter dicta, est febris ea, quae lymphae etiam velocitatem praecipue simul adfligit, vt pateat, qui possit ad plerosque morbos pertinere? Nonne ea potissimum erit rheumatica, quae sympathiae potissimum externae debetur, seu cellulosae palpitationi, id est passiua?

7. Nonne

7. Nonne in omni febri, ſub cordis contractione frequentiori, celerior in venis humorum circuitus, inde celerior lymphae e venis lymphaticis ad venas tranſitus, inde celerior lymphae in venis ſuis motus, celerior reſorptio, indeque adipis ex febre, ſcrophularum colliquatio, detumeſcentia?

8. Recte monet Cel. GRANT, dari febres non formatas, quae ſcilicet ſymptomata exhibent, atque ita decurrunt, vt non poſſint facile ad definitam febris ſpeciem reduci. Non adeo raro occurrunt, maxime, dum neglecta diaeta et incongrua medela in erupturis febribus locum habent, quod quidem eo facilius contingit, quo magis multi diaetam ad ſolam febris ſpeciem ducunt, neglecto morbo, qui ſubeſt. Idem vero egregie comprobat morborum naturam, a nobis definitam. Has enim febres curare et reſcindere poteris, cognito et curato morbo, licet febrim ad ſpeciem tantum aliquam proximam reduxeris.

9. Vtrum febris intermittat, an remittat, neutiquam ex pulſu, ſed ex ſyndrome, in intermittentibus euaneſcente, ſtatui debet.

10. Ex paroxyſmi tempore, ſecundum horas diei, aut ex eius indole ſola, non poteſt febris ſpecies ſemper tuto definiri, quod GALENVS fere voluit: ſed omnia coniuncta conſideranda ſunt.

11. Celeritatem pulſuum et frequentiam non pauci, iidemque celebres medici pro pathognomonico febris ſigno habent. Pulſus vero tardiores, raros, paruos, intermittentes, tum in febrium continuarum decurſu, tum in apyrexia, eſſe, teſtantur illuſtres in arte viri o). Pulſus etiam interdum naturalibus proximi

o) GALEN. de pulſ. ad tiron. l. 2. c. 4. de praeſ. ex pulſ. l. 3. c. 3. p. 243. WERLHOFF de var. p. 37. n. 42. HVXHAM var. loc. STRACK petech. p. 14. 15 PRINGLE p. 343. 368. 378. SARCONE II. 94. §. 357. III. 100. 107. LOBB. §. 2286. MACBRIDE I. p. 231. SELLE d. p.

proximi ſunt, licet febrim adeſſe ſtatuant ſummi viri p). Igitur ſola celeritas et frequentia pulſuum febrim non definit, alia conditio febrim non excludit. Ad diſtinctionem et febris et pyrexiae in actiuas et paſſiuas, itaque magis reſpiciendum erit, quod neglectum eſſe hactenus videtur.

TRITAEA. Febris intermittens: paroxyſmus, horrore, rigore, calore, ephidroſi, ſe excipientibus, conſpicuus: tritaica periodus.

SIMPLEX: Regularis: Anticipans: Poſtponens. Typus ſimplex, regularis: aut inconſtans, anticipans, poſtponens, tritaeus: paroxyſmus ad horas xii durans; ſecundum HIPPOCRATEM, FORESTVM, alios, ſeptem circuitibus iudicata. (Inſultus horis antemeridianis.)

I. FRIGORIS, ſeu exhorreſcentiae. Incipit a laſſitudine, oſcitatione, pandiculatione crebra, grauitate, debilitate totius corporis, vt aegrotus ſe ſuſtinere vix poſſit; pallor ſubit vngues, apicem naſi, labia, canthos digitorum, quin liuor pallori ſe immiſcet, ſimul mox facies et extremitates frigent, ad ſenſum aegroti potiſſimum, imo non raro adſtantium, licet ſaepius thermometri ope nullam caloris imminutionem ſentiamus. Incipit autem frigus ex dorſo, vnde ad corpus propagatur ad tremorem vſque (horror), et partium imminutam mobilitatem (rigor), donec his poſt tempus ſe immiſceat calor. Reſpiratio eſt laborioſa, cum anxietate, et pulſibus celeribus, paruis, debilibus, interdum tardioribus q). Adeſt ſimul nauſea, vomitus, ſitis: vrina mingitur pallida, aquoſa, aut viridis. Durat per 1. 2. ad 6 horas.

II. CA-

d. p. 13. HALLER el. ph. T. VI. S 2. §. XV. p. LOMM. p. 2. 7 b. b. 8.

p) P. ALPIN. de pr. V. et M. aegr. L. 4 c. 5. RIVER. op. p. 449. SARCONE l. c. *III.* 40. SENAC de cord. l. 3. c. 8 §. 7. HORST. obſ. I. 1. BRENDEL. op. I. d. 2. §. 1. p. 16. *de* HAEN R. M. var. loc. SAUV. *I.* 362.

q) Pulſus tardiores eſſe, euincunt teſtimonia BRENDELII op. I. 162.

GALE-

II. CALORIS. Jam oritur calor, qui ſenſim abolendo ſymptomata ſtadii praecedentis magis increſcit, vt naturalem plerumque excedat, ratione, ſtadio praegreſſo non omnino reſpondente. Reſpiratio ſenſim euadit libera magis, expers anxietatis, in progreſſu ſit magna et fortis; pulſus fiunt magni, fortes, celeriores, cum perſiſtente ſiti ingruunt cephalalgia artuumque dolores, vrina iam miſſa colore eſt profundiori, vt in phlegmaſiis.

III. SVDORIS. Quum calor et rubor aliquamdiu increuerunt, mador primum in facie erumpit, mox e toto corpore prodit calidus et largus, ingruunt vomitus et aluus, vrina emittitur rubicunda et ſpumeſcens, deinde poſt, quam aliquamdiu quieuit, in ſummitate apparet pellicula, vaſis etiam lateribus accreta, atque in fundo vaſis magna ſedimenti copia haeret, quod colore ſuo laterum coctorum, ſeu boli Armenae pollinem imitatur, vt vrina inde *lateritia* vocetur. Pulſus molliores, tardiores, reſpiratio libera.

Poſthaec et calor et ſudor imminuuntur, non raro ſomnus accedit, nec, praeter laſſitudinem et debilitatem, alieni quidquam a febri ſupereſt.

N. 1. Raro vnus paroxyſmus ſolus obſeruatur, vt plurimum plures ſe excipiunt.

2. Stadiorum ordo interdum eſt mutatus, vt calorem ſequatur frigus, aut ſudorem excipit calor, calorem frigus r).

3. Singulus paroxyſmus habet ſuum initium, incrementum, ſtatum et declinationem, vt in continuis diſtingui ſolent. Quare poteris ſtatuere, quemlibet intermittentis paroxyſmum eſſe febrim, eamque tot facere recidiuas, quos credunt facere paroxyſmos.

4. Ex

GALENI de praeſ. pulſ. l. 3. c. 5. LOMM. p. 2. 7. WERLHOFF de var. p. 37. cet.

r) Cf. Cl. TRNKA de febr. I. 71.

4. Ex eo, quod paroxyſmi tritaeae duplicatae, iam dicendae, quotidianae, ſibi omnino reſpondeant, non ſequitur, vt febris ſit diuerſae naturae a tritaea duplici. Sunt enim, qui doceant, quos inter HAENIVS, de febribus ſcribens, tritaeam duplicem eſſe, quum paroxyſmi quotidiani ſibi non omnino reſpondent, vt altera tardius, altera citius paroxyſmum faciat, ſibique reſpondeant alterni paroxyſmi. At quum tota differentia inter tritaeam duplicatam et quotidianam in eo ponitur, vt in hac paroxyſmi quoquo die ſibi reſpondeant, certo fieri poterit, vt tritaea duplicata quoque perfecte fiat quotidiana, quod non raro eſt. Id ratio iubet: ſed iubet quoque experientia. Etenim ante aliquot annos vidi intermittentem, hora XI. antemer. accedentem, omni die, et typo, et gradu, ſibi congruam, vt perfectam dicere debuiſſes quotidianam: offero emeticum, en! ceſſat altera tritaea, et fit tritaea ſimplex. Qua quaeſo ratione credideris, quotidianam hic mutatam eſſe in tritaeam? Mutata quidem eſt, ſed paſſiue, omittendo, nequaquam actiue.

5. Si igitur cum BARBETTE ſtatuis, omnem quotidianam eſſe tritaeam duplicatam, atque omnis tritaea aliquando eſt extenſa, notha dicta, intelligitur, cur omnis febris ſit proprie tritaea, et tranſeant intermittentes in remittentem et ſubintrantem, continuas, et hae in illas. Statuimus autem, ex obſeruationibus quoque, tetartaeam eſſe tardantem tritaeam. GALENVS certe s) et PAVLLVS AEGINETA t) ſtatuunt, tritaeophyam reſpondere tritaeae, tetartophyam tetartaeae. Reliquae febres continuae ſunt tritaeophyae duplicatae. Quae in praxi multum vtilitatis praeſtitura eſſe videntur. Quod enim SYDENHAMVS de febribus intermittentibus auctumnalibus edixit, ſaepe videri con-

s) De criſ. l. 2. c. 6. t) L. 2. c. 6.

continuas, id forte de omnibus continuis valet, vt apta methodo, morbo potius, quam febri congrua, omnem forte febrim liceret ad intermiſſiones reducere, quod ſemper conducit. Hecticam etiam in intermittentem mutari poſſe, CELSVS u) docuit.

6. Maximam attentionem ſibi vindicat tempus anni, quo febris intermittens comparet, vnde SYDENHAMI diſtinctio in vernales et auctumnales. Illae inde a februario ad aeſtatem comparent, et ſponte aut facile tolluntur, hae, ab auguſto ad hiemem oriundae, aegrius tolluntur.

7. Vrina lateritia interdum non adeſt, poſt vernas enim, inprimis exquiſitas tertianas, vrina *ſubrufa* aut *flaueſcens* ſaepe mingitur, cum nubecula vel enaeoremate, interdum et cum ſedimento laeui, aequali, albo, imo, in primis et mitioribus auctumnalium paroxyſmis deficit.

8. Exquiſita tritaea GALENO x) dicitur, quum tempus horarum XII. non excedit, licet XII. horas conſumat acceſſio: alia ſimpliciter tritaea dicitur.

9. Tritaea quoque, vt febris omnis eſt actiua, paſſiua, vniuerſalis, particularis. Actiua eſt, quae ſympathiae internae debetur, et tum eſt vniuerſalis, atque ad totum corpus ſpectat, aut paſſionem potiſſimum excitat, v. g. pleuritidem, dyſenteriam: tum eſt particularis, partialis, vel mere topica. Paſſiua, ſympathiae externae debetur, ei tamen, vt ſympathia interna antea excitetur: ante enim, quam tritaea compareat, irritabilitas ventriculi excitanda eſt: quod etiam in oriundis remittentibus locum habet. In pathologia ſpeciali tritaeae particulares debent ad paſſiones referri, ad quas pertinere putantur. Omnis enim

u) L. 3. c. 9. x) De febr. diff. II, 3. rel.

enim morbus febrim ſi excitat, poteſt intermittentem, remittentem, ſubintrantem, excitare.

TRITAEA. Duplicata: Regularis. Tritaici paroxyſmi duo intra horas XXXXVIII.

CATHAMERINA ſeu Quotidiana. Tritaea duplicata regularis: omni die paroxyſmus, ad horas XVIII. extenſus, inde apyrexia breuis: (inuaſio veſpertina) y).

TRITAEA DVPLEX. Tritaea, duplicata, paroxyſmi alternis diebus duo, alternis nullus: paroxyſmi protracti, proni in continuitatem.

TRITAEA TRIPLICATA. Tritaea paroxyſmos tres intra horas XLVIII. exhibens, die impari paroxyſmi duo, die pari vnus. TRIPLEX erit, vbi die pari paroxyſmi duo, die impari vnus.

HEMITRITAEA NOTHA. Intra horas XLVIII. paroxyſmi tres ita protracti, vt intra eoſdem nulla detur apyrexia.

TRITAEA. Anomala. Extenſa. Remittens. Simplex. ſ. TRITAEA NOTHA. Tritaeae ſimplicis paroxyſmi adeo protracti, vt breuis, vel vix conſpicua, detur apyrexia.

TRITAEA notha duplicata. EPHEMERA. *Iudicatoria* SAGAR. Tritaea notha duplicata, vt quotidie adſit paroxyſmus. Proprie vno tantum conſtare paroxyſmo deberet, ſed dicitur, vbi intra dimidiam ſeptimanam abſoluitur. Ingruit cum aliquali frigore, ſiue rigore, exiguo decremento virium artuum, magno e contrario accremento virium vitalium ſtipatur, ſudor, vrina, critica. Febris actiua, ſed et paſſiua interdum z).

TRI-

y) GALENVS quidem (de febr. diff. l. 2. c. 7.) negat, cathamerinon apud Graecos occurrere, ſed amphimerinam vocat. Liceat tamen cum SAUVAGESIO hanc ita denominare, vt continua amphimerinae nomen ſola ſibi vindicet, atque aut confuſio, aut diffuſus ſermo euitetur.

z) GALENVS (de criſ. II. 13.) „Ephemerae, inquit, ſunt tantum ſpiritus paſſiones, abſque humorum putredine, aut membri inflammatione, niſi inflammatione inguinum accidant.„

TRITAEA. Ephemera. AMPHIMERINA. Ephemera diutius protracta a).

TRITAEA. Anomala. Extensa. Subintrans. Simplex. seu TRITAEOPHYA. Tritaeae nothae paroxysmi adeo protracti, vt prioribus adhuc durantibus accedat nouus. Intra horas XLVIII. accessio vna, diebus *paribus* oriunda, monente GALENO b).

TRITAEOPHYA. Duplicata. Tritaeophya, quotidie repetens.

SYNOCHA. *Humoraria* SAGAR. Tritaeophya duplicata, intra dies XIV. iudicata. Incipit cum pulsibus irritationis, frigore, subsequente calore: crescit ad dies IV-XI. absoluitur VII-XIV. die. Maior artuum debilitas, in statu omnia vehementiora, puta cephalalgia, calor, pulsuum celeritas, et frequentia, rel. c).

SYNOCHVS. *Frigeraria* SAGAR. Tritaeophya duplicata, intra dies XXX. iudicata. Ingruit cum pulsibus irritationis, iisdem et respiratione auctis, viribus artuum multum minutis, notabili frigore, saepe rigore d).

TYPHVS. e) Tritaeophya duplicata, intra dies XXXI. iudicata. Virium, vitalium augmentum exiguum vel nullum, artuum summa prostratio: facies decolorata, passiones neruosae, vt sopor, carphologia, pulsus, vrinae, plerumque sanis similes.

HECTICA. Febris exigua, minor artuum debilitas, pulsus subduri, minores tamen, quam in sanis, frequentiores post cibum sumtum, vnde et augetur calor, ad tactum mordax, potissimum in manuum volis, siccus, ad thermometron non notabilis, cutis sicca, lingua sordida, vrinae turbidae, crassae; decursus vltra mensem f).

HEMI-

a) In his remittentibus remissio contingit intra horam VIII. matutinam et III. pomeridianam: in anomalis, in intermittentes transeuntibus, remissio omni tempore contingit, obseruante Cel. GRANT de febr. p. 21.

b) Subintrantes PAVLLO AEGINETAE II. 27. *ardentes* dicuntur, quum ne declinationem quidem sensibilem faciant, et acumine a remittentibus differant.

c) Synocha, vt tritaeophya simplex, est febris actiua; inflammatoria, biliosa, ardens, auctorum.

d) Synochus et sequens typhus, febres passiuae, putridae auctoribus non raro dicuntur.

e) Secundum SAUVAGES.

f) „Quum omnes corporis partes soli-

HEMITRITAEA VERA. Die *impari* triatea, die *pari* tritaeophya, vnde die pari frigus, die impari horror, quo inprimis eſt inſignis, vt horrifica etiam dicta ſit: Signa irritationis et phlegmaſiae, plerumque latentis, abdominalis potiſſimum, ſymptomatibus non raro neruoſis ſtipata. Febris paſſiua, ſpecies hecticae, hinc phthiſeos comes g).

TRITAEA. Tardans. TETARTAEA. Simplex. Febris intermittens: paroxyſmus horar. xii, plus, minus, apyrexia horar. LX. inuaſio a meridie hora 3. 4. 5.; ſeu periodus horar. LXXII., paroxyſmus horar. XII., apyrexia bidua.

TETARTAEA. Duplicata. Omni die paroxyſmus tetartaeus, excepto die aut ſecundo aut tertio, intra quamcumque periodum tetartaeam; ſimilitudo dierum quatridua; v. g. diei primi et quarti, ſecundi et quinti, paroxyſmis ſtipatorum, et tertii et ſexti apyretorum.

TETARTAEA Duplex. Paroxyſmi tetartaei omni die quarto duo, nycthemeris duobus apyretis.

TETARTAEA. Triplicata. Aut omni die paroxyſmus vnus, ſimilitudo tetartaea: aut ſimplex tetartaea cum duplici, v. g. die I. et IV. paroxyſmus vnus, II. et V. duo, III et VI. apyrexia.

TETARTAEA. Anomala. Extenſa. Remittens. Subintrans. TETARTOPHYA. Tetartaea ſimplex adeoe xtenſa, vt aut breuis, aut nulla ſit apyrexia.

TRITAEA. Hemitritaeus maior Barbarorum h).

TRITAEA. Erratica:

a. QVIN-

ſolidae, excalefactae ad abſolutionem iam ſunt, eiuſmodi febrim Graeci hecticam vocant, ceu non amplius in humoribus et ſpiritu, ſed in corporibus iis, quae habitus rationem habent, comprehenſam. „GALEN. de inaeq. temp. c. 5. Eſt tritaea omnino paſſiua, quae ſympathiae potiſſimum externae debeatur, quare tritai a natura vix adparet, niſi ea quodammodo actiua reddatur, quod refrigerio fieri interdum, CELSVS l. 3. c. 9. docet, vt vera tritaea ſit.

g) Maximus eſt auctorum circa ſemitertianam ſeu hemitritaeam diſſenſus, ut alia ſit HIPPOCRATIS, GALENI aliae, alia CELSI, rel., quod alia occaſione fuſius probaturus ſum.

h) Cf. SPIGEL. de ſemit.

a. QVINTANA. Paroxyſmi, quinto die ſimiles, interpoſitis nyсthemeris tribus apyretis i).

b. SEXTANA. Paroxyſmi, ſexto die ſimiles, interpoſitis apyretis k).

c. SEPTANA l). d. OCTANA m). e. NONANA n).

f. DECIMANA o). g. QVATVORDECIMANA p).

h. QVINDECIMANA p). i. MENSTRVA r).

k. TRIMESTRIS s). l. ANNVA t).

m. HEBDOMADALIS CATHAMERINA u). Cathamerina, adfligens per hebdomadem, ſequente hebdomade apyreta, tertia iterum cathamerina ſtipata.

N. Liceat GALENI, quem veterum plurimi ſecuti ſunt, de febribus doctrinam proponere. Ephemerae et hecticae geneſin dixi, hemitritaearum autem illius nimis diffuſam, alibi proponam. Reliquarum febrium geneſin a putredine repetit, ratione ſupra dicta.

i) HIPPOCR. epid. L. I. S. 3. t. 2. AVICENNA l. 4 f. 1. TVLP. l. 3. obſ. 52. WERLHOFF de febr. p. 269 FOREST l. 3. o. 43. v. SWIETEN §. 746. TISSOT §. 251. N. A. N. C. T. I. p. 388. Nonne eſt tritaea vera, cuius paroxyſmi diebus interpoſitis 3. 7. rel. mitiores, vt vix animaduertantur?

k) SCHENCK l. 6. o. 2. E. N. C. c. VIII. o. 10. ZEVIANI progn. I.

l) HIPPOCRAT. epid. L. I. S. 3. t. 2. SCHENCK. l. c. ETTMVELLER II. 494. RHOD. C. I. o. 18. SPON. obſ. de febr. qu. 9. ap. Nigriſ p. 248. BOERHAAVE. SWIETEN l. c. MORGAGNI XLIX. 36.

m) AMAT. LVSIT p. 765 SALIVS. c. 12 ad H. VALLES. contr. L. 5. E. N C d. 1. a. 4 & 5. o. 70. p. 58. WERLHOFF l. c. ETTMVELLER T. II p. 1. p. 505. de HAEN febr. div. IV p. 9. TISSOT §. 251. E. N. C. d. 2. a. 5. app. p. 39. o. 64. SALMVTH C. III. o. 13. RAZOVX tabl. noſol. p. 150. BALLON. epid. 1576. §. 14 T. I. RHOD. obſ. 19.

n) HIPPOCR. l. c. ZACVT. LVSIT. pr. m. l. 3. o. 34. WERLHOFF l. c.

o) ZACVT. LVSIT. L. 3. o 34. GILBERTVS ANGLICVS de febr. L. I.

p) WERLHOFF p. 270.

q) RHAZES. FOREST. l. 3. o. 43. ſch. p. 170. BALLON. l. c. §. 34. WERLHOFF p. 270.

r) RIEDLIN. l. m. a. 6. dec. obſ. 25. WERLHOFF. l. c. de HAEN. l. c. E. N. C. d. 2. a. 5. o. 64. p. 39. app. BALLON. l. c. §. 14. et a. 1578 p. 164.

s) FOREST. l. l. BALLON. conſ. med. L. I. c. 48.

t) C. PLINIVS SEC. l. 7. c. 51. AMAT. LVSIT. c. 7. c. 75. ſch.

u) Journ. de med. T. 42. p. 433. et Auserl. med. pr. Abh. T. II. n. 4. p. 74. ſq.

Dantur igitur febrium genera tria, quotidiana, tertiana, quartana, et differentiae duae, intermittentes et continuae, ſeu remittentes. Febres autem continuae idem habent genus cum ſingulis intermittentibus. Scilicet: 1) quotidiana intermittens et continua, ſeu cathamerina et amphimerina. 2) Tritaea et tritaeophya; 3) tetartaea et tetartophya. Tritaea oritur, ſi bilis flaua, ſine aliquo viſceris adfectu, per totum corpus defertur; tritaeophya, ſi intra vaſa bilis accenditur. Tetartaea oritur, ſi atra bilis per totum corpus defertur, tetartophya, ſi immobilis eadem eſt. Similiter et quotidiana a pituita. — Continuae ſeu remittentes ſunt, quae ad apyrexiam, ante ſolutionem perfectam non perueniunt, etſi declinatio aliqua ſenſibilis adpareat. Continens ſeu ſubintrans erit, vbi nec declinatio contingit, ſed febris ſimilis ad criſin vſque perſeuerat, a continuis vero ſola acutie differt. — Aliae febres oriuntur ex quorumdam locorum paſſione, et ſe habent, vti humores, ex quibus oriuntur. — Fluxus enim, qui inflammationem partis efficit, vel flauae, vel atrae bilis eſt, vel pituitae. Inde oriuntur febres eaedem, ac ſupra dictum. — Quum vero ipſe ſanguis ſecundum naturam ſe habens, impactus in loco, fluxioni obnoxio, putruerit, eſt inflammatio, et febris inde orta ſimilis maxime eſt ephemeris. Sed quum putreſcit ſanguis, iam in amarae bilis naturam tranſit x).

Nonne et recentiorum circa febres et phlegmaſias theoria, a veteribus et GALENO potiſſimum repetenda? Hic enim reſpirationis et pulſuum vtilitatem eam eſſe, ſtatuit, vt perflatus et ventilatio fiat natiui caloris, et putredinem repetit a tranſſpiratione impedita, quod fiat obſtipatis vaſorum finibus, vel tota cute. Stipationem in vaſorum finibus accidere vel ex vehementi refrigeratione, vel ex humorum, qui confertim in ipſis extrorſum ruunt, craſſitudine, multitudine, len-

x) Cf. GALENVS de criſ. l. 2. c. 6. et 12.

lentitia. Quare ſtatuit, febrim ſanaturum debere cauſſam contrariis remouere, hinc, ſi corpus ex frigida cauſſa ſtipatum et denſum ſit, eo relaxato, et rarefacto, ſin ex obſtructione, hac recluſa contrariis, vt, ſi ex abundantia humorum, hac imminuta, ſi a craſſis et glutinoſis, tenuitate et fluxilitate y). Commemorat etiam phlegmaſias ſanguineas, pituitoſas ſeu oedematoſas, bilioſas, ſcirrhoſas. Nonne male GALENI dogmata hodie negliguntur?

PASSIONES:

I. CAPITIS. z) — ET FAVCIVM, COLLIQVE.

APOPLEXIA. Cum ſomno profundiſſimo, vix fugando, reſpiratio ſtertoroſa, omnium artuum laxitas: pulſus, *vt in omnibus ſoporoſis*, ſolito rariores, vt frequentes ſint ſanis naturales.

CARVS. Somnus altiſſimus, vix fugandus: reſpiratio tacita, omnino pacata.

CATAPHORA. Status ſoporoſus facile fugandus, citra febrim, delirium, obliuionem notabilem.

LETHARGVS. Status ſoporoſus facile fugandus, cum febri, imaginationis et memoriae torpore, delirio.

TYPHOMANIA. Cum propenſione in ſoporem, ſomnio, et vigore imaginationis et memoriae, agrypnia.

ECSTASIS. Status ſoporoſus ſubito ortus, vt aeger ſitum, quo corripitur, retineat, alios non ſeruet: aut, ſi mauis, pone: Cum perſeuerante animi corporiſque ſtatu (eo, quo incipit paſſio, homini familiari) perſeuerantia conſtans ſenſationum internarum, adeo intenſarum, vt externae (ſi fiant) irritae ſint, citra receptiuitatem motus paſſiuam.

CA-

y) Cf. meth. med. l. XI. c. 4.

z) Sunt, quae maxime et iure ad caput pertinent, aut quorum cauſſa ſtatuitur in capite obtinere. Trichoma, encephalocele, hydrocephalus, phyſocephalus in path. ſpec. proponuntur. Cf. cachexiam, ectopias, catharrheuma, morbum anonym.

CATALEPSIS. Senſus et motus ſuppreſſi, (cum pulſibus et reſpiratione obſcuriſſimis) miraque artuum, ſitus, qui ab aliis inducuntur, ſuſcipiundi et retinendi vis: aut, ſi magis placet, pone: Cum perſeuerante animi corporiſque ſtatu, (eo, quo incipit paſſio, homini familiari) conſtans, et conſcientiae expers, impotentia alienandi ſenſuum organa (inſenſilia) et producendi motum (voluntarium) cum receptiuitate motus paſſiua [a]).

PARAPHROSYNE. (Poſt arteriarum carotidum aut temporalium pulſationem validam, oculis percipiendam,) delirium fugax, ſaepe febrile: peruigilium, ideae viuidae, vox inſolita, audax, oculi truces: vrina tenuis, pellucida: pulſus praecedentibus tardiores, reſpiratio rara, magna, ſuſpirioſa: ſequuntur interdum carus, conuulſio.

PHRENITIS. Paraphroſyne ferox, aſſidua, febrilis: vox mutata, loquela temeraria, ferocitas, inquietudo, pulſus duri, frequentes, celeres, ſomni turbulenti, oculi protuberantes, epiſtaxis, ſopor, conuulſio, ſuffuſio, oxycoia, carphologia.

PARAPHRENITIS. Phrenitis, gradu remiſſa, manifeſtius ſympathica (abdominalis, thoracica) [b]).

CEPHALITIS. Paraphroſyne ſomnolenta, ſeu mentis ſtupor et ſopor, cum carphologia: pyrexia, ſigna phlegmaſiae capitis interni; dolor pulſatilis capitis, carebaria, rubor et magna oculorum ſenſilitas, vigiliae.

MA-

a) Senſus et motus *ſuppreſſi* omnino dici poſſunt, quoniam *ſuppreſſum* denotat in pathologia eum rei ſtatum, quo res perdurat citra alienationem, indeque et cum defectu phaenomenôn. — Cerea flexilitas dici nequit receptiuitas motus, quum haec potius, ſed longe diuerſa, vera tamen ratione, adſit in varia oſteocachexia, v. c. rachitide, vt pars poſſit ad variam directionem moueri, ad quam in ſanis non poteſt: vt alias rationes taceam. *Receptiuitas motus paſſiua* mihi dicitur, dum corpus ſuſcipit et tenet motum a cauſſa externa *abſolutum* (*Actiua* erit, dum corpus non ſolum ſuſcipit, ſed ipſum abſoluit motum, ad quem forte cauſſa externa ſolus ſtimulus fuit, vt punctura.) et grauitatem artus adhuc ſuperat.

b) Cf. circa phrenitidem, paraphrenitidem, diaphragmitidem, quem ſufficit excitaſſe, Cl. SELLE pyr. p. 121 ſq. 132 ſq.

MANIA. Paraphroſyne cum audacia, furore, robore, muſculorum rigiditate, adianeuſtia, febri paſſiua, apyrexiam ſimulante, imo actiua c).

MELANCHOLIA. Citra febrim et furorem, mentis, olim vigentis, conſtans et fere perpetua hallucinatio, imaginatione potiſſimum erroneâ conſpicua, inſenſilitas ad ſtimulos receptos maximos, vt adfecti ſummos, indeque inductas euacuationes, citra magnam alienationem ferant d).

PANOPHOBIA. Melancholia circa malum in ſolitudine, ſomno.

PHILAVTIA. Melancholia circa corpus proprium, et rerum ſuarum ſtatum.

NOSTALGIA. Philautia, ſub abſentia a patria, parentibus, oriunda, moroſitas, moeror, agrypnia, anorexia, languor, rel.

ATHYMIA. Melancholia, non raro philautia, cum animi abiectione, conſternatione, triſtitia, deſperatione.

AMENTIA Melancholia, circa omnia obiecta hallucinatione conſpicua.

FATVITAS. Citra febrim et furorem mentis imbecillitas perpetua, taciturna, ſenſationum internarum, cogitationum expers.

SOMNAMBVLISMVS. Sub ſomno perſeuerante (citra febrim, et furorem) exercitium motuum muſcularium, tum mentis actioni, tum imaginationi potiſſimum viuidae, citra conſcientiam obediens, ſenſibus ceterum integris e).

DAE-

c) Febrim diſſimulari, actiuam adeſſe, SARCONE §. 585 ſq. docet.

d) Quemadmodum tempeſtatis grauiſſimas ſaepe iniurias ſpernunt, ita etiam veſicatorium, licet maximum, aut ne inflammationem quidem producit, aut ſaltim pulſuum frequentiam vix auget. Tartarus emeticus ad grana X, XV camphora ad dragmam vnam, idque quotidie aliquoties repetitum, ſine magno effectu tolerantur a melancholicis. Cf. Cel. MVZEL obſ. cet.

e) Actionem mentis, ingeniique adeſſe, patet ex eo, quod in tenebris ſcribant rationem teſtantes enunciationes; imaginatio viuidiſſima patet ex eo, quod loca petant, et varia quaerant, vt memoria res viamque doceat, et ſenſus integros eſſe externos, quis nega-

DAEMONOMANIA. Delirium apparens, aut ſimulatum, vt ſubiecta credulis ſe daemone obſeſſa, magi, ſagae, artificio detenta, ſiſtant.

AMNESIA. Memoriae imminutio, abolitio.

AGRYPNIA. Peruigilium immodicum, virium imminutio: — anxietas, inquietudo, cephalalgia.

CEPHALALGIA. Capitis dolor acutus, oxycoia, amblytes.

CEPHALAEA. Capitis dolor tenſiuus, chronicus, oxycoia.

CAREBARIA. Senſus ponderis in capite, grauitas.

HEMICRANIA. Dolor capitis in alterutro latere, vehemens, fixus, potiſſimum ad tempora, frontem, oculum, vel intra orbitam depreſſum, vel tumentem, lucem non ferentem, cum pupilla coarctata, palpebrarum nictitatione, epiphora, ſtillicidio ſeri e naribus.

MENINGORRHOEA. Haemorrhagia facta ad meninges (ſupra et infra). Carebaria, lethargus, carus, apoplexia, paralyſis, epiſtaxis, otorrhagia, rel. [f]).

AMBLYOPIA. Viſus organi vſus deprauatus.

PHOTOPHOBIA. Viſus auctus.

DYSPHOBIA. Viſus imminutus [g]).

AMBLYOSMVS (HIPPOCRATIS). Viſus deprauatus, citra opacitatem corneae vel interioris oculi.

AMBLYTES (ARETAEI). Viſus debilitas abſoluta, quouis tempore, loco, ſitu et diſtantia obiecti [h]).

HEMERALOPIA. *Graec. Nyctalopia Recent.* [i]). Viſus ad crepuſcularem lucem, vel matutinam, vel veſpertinam, hebes

negauerit, quum et vias, periculoſas admodum, rite abſoluant, et in aquam frigidam deſcendentes mox ſui conſcii fiant: quod autem citra conſcientiam haec eueniant, ex eo palam eſt, quod acta neſciant, nec recordentur, ipſique factorum teſtimonia admirentur.

f) Non ad vulnera ſolum pertinet, ſed ſaepe a capitis paſſionibus excitatur, quarum num cauſſa, an effectus ſit, per cadauerum etiam ſectiones non conſtat. — Apocenoſis meningea, ſeroſa, ſub hydrocephali interni nomine fere inſignienda, quod quidem feciſſe videntur, qui febrim hydrocephalicam decripſerunt, vide catarrh.

g) Hoc Mydriaſis et cataracta.

h) SAUV. *amblyoſ.* ſp. 6.

i) SAUV. *ambl.* ſp. 1.

hebes et confusus est, licet tum alii aetopes distincte videant k).

NYCTALOPIA HIPPOCR. *Visus nocturnus* BOERH. l) Aegri, interdiu nihil cernentes, vesperi et noctu satis acute vident.

MYOPIA. m) Adfecti obiecta, paullulum dissita, confuse vident, proxima vero distincte.

PRESBYOPIA. n) Adfecti proxima confuse, remota distinctius vident.

DIPLOPIA. Idem obiectum multiplicatum, geminum, aut multoties repetitum, cernitur.

SVFFVSIO. Hallucinatio, qua adfecti credunt videre obiecta, quae non adsunt, vt muscas, scintillas, colores varios obiectorum. cet.

VERTIGO. Hallucinatio, qua adfecto quiescentia obiecta e loco moueri, vel in gyrum agi videntur.

MYDRIASIS. Pupillae aut solito maior amplitudo, aut figura abnormis, cum torpore aut atonia eius sphincteris, vt amplitudo ad lucem multam, aut nullam, immutata permaneat o).

CALIGO. Visus abolitus. *Caussa haeret:*

a. *Ante oculi globum.*

Huc passiones primariae topicae, quas vide in catarrh. atque ectop. pathologia.

b. *In oculi globo.*

CATARACTA. Visus (imperfectus, obscuratus), abolitus a corpore opaco, pone pupillam sito, radiorum luminis transgressum impediente, per iridis hiatum distinguendo.

a. *Simplex*, quae ad solam lentem crystallinam, eiusque capsulam pertinet.

α. *Crystal-*

k) Epidemica fuit in oppidis, flumini vicinis, in vicinia Monspelii.

l) M. ocul. p. 161. SAUV. *ambl.* sp. 2.

m) SAUV. *ambl.* sp. 3.

n) SAUV. *ambl.* Sp. 4. *Visus Senilis Latin.*

o) Ad amblyosmum, praeter hactenus traditas species, pertinent etiam variae passiones primariae topicae, quare vide catarrh. ectop. path.

a. *Cryſtallina*, quae, frequentior, ſedet in lente cryſtallina, pelluciditate ſua naturali orbata. Incipit a macula parua, quae centro pupillae ſaepiſſime reſpondet, et verſus latera, inſtar nebulae, euaneſcit. *Differt:*

α. *Conſiſtentia*:

a. *Solida*, *ſolideſcens*, vbi lens cryſtallina opaca, vel in corpus durum, gypſeum, lapideum, ſolideſcit: noſcitur minori lentis volumine, maiori ab iride diſtatina diiudicando, punctorum et ſtriarum, in cataractae ſuperficie conſpicuarum, immutato ſitu et directione.

b. *Fluida*, *tenuis*, *diſſoluta*, vbi in materiam tenuem, aqueam, mucoſam, gelatinoſam, purulentam, lacteam, diſſoluitur: agnoſcitur ſolidae ſignis contrariis et motu vndulatorio in cataractae ſuperficie.

c. *Mixta*, ex vtraque compoſita.

β. *Volumine et figura*, quibus:

a. *Solideſcens*, minuitur volumine, a natiua figura vix recedens.

b. *Diſſoluta*, in paullo maiorem ambitum, atque in figuram ſphaericam mutatur.

γ. *Colore*: eſt griſeo ſeu cineritio, interdum ſubalbo, albo perlato, luteo, virideſcenti, fuſco, nigricante.

δ. *Mobilitate*:

a. *Mobilis*, vt in ipſo humore lentis tremor ſeu vndulatio, obſeruetur, vel tota lens iridis motui vel ad quamlibet, vel ad certam regionem, reſpondet.

b. *Immobilis*.

ε. *Adhaerentia*:

a. *Adhaeret*: inter iridem et cryſtallinam vel nullum, vel maius minuſue ſupereſt ſpatium.

a. *Concretio totalis*: ſuſpicatur ex plenaria iridis te cataractae immobilitate, et ſpatii inter has defectu.

b. *Par-*

ɓ. *Partialis*, ex figura angulata iridis et cataractae, et cataracta, ad eam regionem ſequente.

b. *Non adhaeret.*

ζ. *Maturitate:*

a. *Matura*, eſſe dicitur, quae tantam nacta eſt opacitatem, vt lucis radios, directe in oculum incidentes, non amplius tranſmittat, oblique inter cataractam et iridem tranſeuntibus detur acceſſus, vt lux a tenebris, et obiecta, ad latera poſita, ab aegrotis poſſint dignoſci.

b. *Immatura*, quae non omnino impedit, quo minus obiecta, axi oculi reſpondentia, aliqualem ſiſtant imaginem p).

ɓ. *Membranacea*, quae eſt a capſula lentis cryſtallinae obſcurata, plerumque ſecundaria prioris, etiam extractioni ſuperueniens, niſi capſula exemta ſit. Macula, magis aequalis, circumferentiam quoque occupans.

α. *Anterior*, ab anteriore capſulae pariete obſcurato: macula ſuperficialis.

β. *Poſterior*, a poſteriori capſulae pariete obſcurato: macula profundior, ſub cuius incremento lente minuitur, obfuſcatur, aboletur viſus.

γ. *Ab vtraque.* Omnes tres

a. *Partiales.*

ɓ. *Totales.*

c. *Interſtitialis*, eſt ab obſcuriore muco, lentem circumdante, nec lente cryſtallina, nec capſula peccante: rariſſima.

b. *Compoſitae:*

a. Cryſtallina cum membranacea, aut interſtitiali, aut membranacea cum interſtitiali.

ɓ. Sim-

p) Haec differentiae partim ad membranaceam etiam pertinent, partim faciunt, vt cataracta etiam ad amblyoſmum referri debuiſſet, niſi coniungere cataractae adfectiones praeſtaret ex altera parte.

b. Simplicium aliqua, aut compoſitarum quaedam cum bulbi adfectione, humores reliquos aut tunicas corripiente.

GLAVCOMA Viſus (obſcuratus) abolitus cum oculorum opacitate, nec lenti cryſtallinae, nec capſulae, tribuenda, ſed ad reliquas bulbi partes relata q).

c. *Pone oculi globum*, ad encephalon, cauſſa haeret.

AMAVROSIS. CAECITAS. Citra ſenſibilem oculorum opacitatem, viſus ſuppreſſio, *iridis motu ſimul imminuto vel amiſſo*, ſeu immobilitas pupillae, et huius decoloratione in pallidam, nebuloſam, et relaxatione ſtipata: in incipiente, vtroque oculo aperto, diplopia, vno aperto viſus naturalis, aut contra r).

EXOPHTHALMIA. Bulbi oculi procidentia, vt a palpebris non tegatur bulbus, magnitudine ceterum priſtina praeditus.

OPHTHALMIA. Oculi dolor, rubor, lacrimatio, lucis intolerantia.

OPHTHALMITIS VOGEL. Ophthalmia, tumor, tenſio, calor oculorum, pyrexia. Pertinet ad partes internas.

CHEMOSIS. Rubor, tumor, dolor adnatae.

ANCHILOPS. s) Tumor cyſticus canthi maioris oculi, rhinoſtegnoſis, epiphora, inflammatio tumoris.

AEGILOPS. (*Fiſtula lacrimalis auct.*) Anchilops, epiphora puriformis, (aut purulenta).

EPIPHORA. Apocenoſis ex oculis, potiſſimum glandulis, lacrimali, et palpebrarum, vber et conſtans.

NYSTAGMVS. Vel palpebrarum, vel oculi, imo iridis, ſeu vueae conuulſio, ſeu alternus motus ſpaſmodicus, oculorum inſtabilitas.

STRA-

q) Vaga omnino notio, quoniam viſus paſſiones, ob varias auctorum et vagas denominationes, ſynomina multa, adhuc aegre cognoſcuntur: quare huc referas, quae placet, et cf. ſcriptores chirurgicos.

r) Amblyopia fere ſemper vtrumque oculum adfligit, amauroſis plerumque vnum oculum tantum tenet. Videſne, admitti poſſe GALENI theoriam ſupra (*introd.* p. 5.) ſtabilitam. In amauroſi laeſa eſt videndi potentia, in cataracta viſus ipſe.

s) RICHTER. chir. B. V. 261 ſq.

STRABISMVS. Oculi paſſio tonica, vt axes optici cum altero non conuergant.

a. *Conniuens*, oculorum axibus ſe decuſſantibus adeſt.

b. *Diuergens*, oculorum axibus non conniuentibus, ſed ad libellam compoſitis.

c. *Inaequalis altitudinis*, dum alter oculus ſurſum, alter deorſum tendit t).

DYSECOEA. Auditus imminutus.

COPHOSIS. Auditus abolitus.

PARACVSIS. Auditus deprauatus.

a. BARYCOIA. SAUV. parac. ſp. 1. Audiuntur tantum verba ſubmiſſa et grauiori voce pronunciata.

b. OXYCOIA. SAUV. ſp. 2. Auditus confuſio, intolerantia ſoni, vt vel minimus ſtrepitus aurem laedat.

c. DVPLICATA. SAUV. ſp. 3. Praeter ſonum verum ſenſus alius, non exiſtentis extra aurem.

d. WILLISIANA. SAUV. ſp. 4. Nullus auditus, niſi ſtrepitu coniunctus ſit ſonus.

e. LENTA.

Qua ſonus tardius auditum producit, quam in adſtantibus vere producit. Suſtinui ipſe conualeſcens.

f. SINGVLARIS.

Qua vocum articulatarum ſyllaba vel prima, vel vltima, perit. Suſtinui, paullo poſt illam e.

SYRIGMVS. Aurium tinnitus.

OTALGIA. Dolor auris: oxycoia.

OTITIS. Inflammatio auris: otalgia pulſatilis, calor, ſyrigmus, agrypnia, pyrexia.

a. *Externa.* Rubor, tumor, et dolor auris externae.

b. *In-*

t) Huc VOGELII: *hippos:* oculorum conſtans agitatio, malum ab ortu contractum n. 199. *illoſis:* oculorum peruerſio acuta n. 200. *Cincleſis* palpebrarum nictitatio perpetua n. 201. *cataclaſis;* alterutrius oculi occluſio ſpaſtica, acuta n. 202. *cilloſis:* cilii ſuperioris perpetuus tremor n. 202. *Hypophaſis*, albi oculorum inter dormiendum ſubapparitio n. 234.

b. *Interna.* Dolor magnus, ardens et pulſatilis auris internae, auditus perfacilis.

OTORRHAGIA. Haemorrhagia aurium.

OTORRHOEA. Apocenoſis aurium.

ANOSMIA. Olfactus deprauatus.

NASITIS. Phlegmaſia naſi.

EPISTAXIS. Haemorrhagia narium (actiua).

RHINORRHAGIA. Apocenoſis narium cruenta (paſſiua) u).

CORYZA. Apocenoſis humoris pellucidi, limpidi, mucoſi, viſcidi, e naribus. Dolores varii, vagi, fixi, carebaria, hemicrania: ſternutatio, dolor grauatiuus, tenſiuus ad ſinus narium, extricatio materiae albae et acris, interdum ſtriis ſanguineis intermixtis (crudae): aliquando et craſſioris, flaueſcentis (coctae).

OZAENA. Apocenoſis puriformis (purulenta etiam) e naribus.

RHINOSTEGNOSIS. *Narium anguſtia:* difficilis per nares reſpiratio, vt per os potiſſimum fiat, dyſodia e naribus, vox naſalis.

RHINOCRESMOS. *Narium pruritus*, vt adfecti naſum internum manu fricare cogantur, vt non raro epiſtaxis, rhinorrhagia, aut exulceratio ſequantur.

GELASMVS. *Riſus Sardonius.* Subdelirium, ſub quo aeger iracundia potius, quam gaudio, adfici dicitur, riſu inuoluntario deſignatum.

STENOSTEGNOSIS. *Obſtructio ductus ſaliualis Stenoniani.* Tumor parotidis, ſaliuae copia in ore imminuta, vlcus in gena, ductui reſpondens, per quod ſaliua profluit.

CHILON. Labroſulcium, cheilocace. Labium ſuperius tumidum et inflammatum: tota pars gibba et prominens naſi craſſeſcit cum dolore aut aucta ſenſilitate: dein criſpatur et rubeſcit cutis, ſub naribus ad labium exten-

u) HIPPOCRATES epiſtaxin ſimpliciter *haemorrhagiam* vocat, eamque *errouſin*, quando cum impetu fit (actiuam) et *ſtalagmon*, dum ſtillatim fit (paſſiuam).

tenſa, inſtar eryſipelatis, labium vniuerſum craſſeſcit et induratur.

STOMADYSODIA. Foetor oris.

TRISMVS. Spaſmus maxillae inferioris, tonicus (*capiſtrum*), clonicus, color oris, compreſſi externi, mutatus; in hoc ſtridor dentium.

AMASTESIS. Maſticatio abolita.

BRADYMASTESIS. Maſticatio deprauata.

PTYALISMVS. Apocenoſis ex ore, ſine expectoratione et vomitu.

STOMACACE. Haemorrhagia paſſiua ex ore, gingiuis emollitis, ſordidis, putridiſue.

ODONTALGIA. Dolor, ad dentes, gingiuas, relatus. — In ſpecie citra phlegmaſiam.

ODONTITIS. Inflammatio gingiuarum: tumor, calor, rubor auctus gingiuae, dolor diſtenſiuus, pulſatilis, ptyaliſmus.

PARVLIS. Tuberculum dolens, inflammatum in gingiua, a dente recedente, dolor acerrimus, dens interdum vere, aut adparenter, ad ſenſum, protruſus x).

EPVLIS. Tuberculum in gingiuis citra phlegmaſiam.

PRISIS. HIPPOCR. *Stridor dentium.* Inuita, ſonora, dentium concuſſio, a maxillis, ſub varia directione ſubito ſibi adpreſſis.

AGOMPHIASIS, *Gomphiaſis.* Dentium vacillatio.

AGEVSTIA. Guſtus debilis, deprauatus, abolitus.

GLOSSITIS. Dolor, tumor, linguae; loquela, deglutitio difficiles, ptyaliſmus viſcidus. Eſt et omnino phlegmaſia linguae.

RANVLA. BATRACHVS PAVLLI y). Tumor glandularum ſublingualium, (a ductu excretorio obſtructo).

PARAGLOSSE. Linguae, *vel* ore extruſae, *vel* motu deglutitorio in fauces reuolutae, eius magnitudine vel aucta vel imminuta, ectopia z).

MVTI-

x) DE HAEN pr. path. l. 200 ſq.

y) L. III. c. 24.

z) VOGELIVS: *gloſſocele*: linguae violenta acuta extruſio n. 197. *gloſſocoma* linguae violenta, acuta reuulſio n. 198.

MVTITAS. Voces articulatas edendi impotentia.

APHONIA. Plenaria vocis, citra ſtuporem, ſyncopen, aſphyxiam, ſuppreſſio.

PARAPHONIA. Vocem ſolitam edendi impotentia.

PSELLISMVS. Syllabas quaſdam pronunciandi impotentia a).

CYNANCHE. ANGINA. Phlegmaſia oris, faucium, actiua, paſſiua, aut cum pyrexia (*cynanche*), aut apyreta (*angina*), per anguſtiae in faucibus ſenſum, et deglutitionem, reſpirationemque, difficiles, potiſſimum deſignata, vt tamen tumor et dolor glandularum externarum ſimul comprehendantur.

PHARYNGITIS. Signa cynanches magis perſpicua. Vox mutata, deglutitio difficilis, dolens, ſaepe impoſſibilis, materia deglutienda per nares rediens, aut in aſperam arteriam pulſa, tuſſim violentiſſimam excitans. Pyrexia plerumque mediocris. Impetus, ſeu phlegmaſia, refertur ad pharyngem.

LARYNGITIS. Signa cynanches minus manifeſta: pyrexia, vox acutiſſima, clangoſa, ſibilans, inſpiratio acute dolens, reſpiratio parua, frequens, erecta cum ſummo molimine, deglutitio doloroſa, rubor faciei et oculorum, vertigo.

TRACHEALIS. Signa cynanches. Vox acuta, clangoſa, ſibilans, inſpiratio parua, frequens, cum ſummo molimine, ſumma anguſtia, tuſſis clangoſa, dolor ſub laryngis, in deglutitione, eleuatione, ingens, loquela auctus, ſi muſcularis b).

PAROTITIS. Cynanche, angina, cum tumore externo parotidum et glandularum maxillarium magno, reſpiratio minus laeſa, os aperiendi et deglutiendi difficultas, ſynocha plerumque lenis.

TON-

a) Cf. m. anon. circa reliquas huc pertinentes paſſiones.

b) Haec humida conſtituit hodie adeo celebrem anginam polypoſam, quae maximam partem quidem, vt omnes phlegmaſiae humidae, ad catarrheuma ſpectat, plethorae tamen, et neuroſi, rel. aeque communis eſt; quam enim Hallae vidi, ad neuroſin omnino pertinebat, docente medendi methodo. Cf. catarrh. pathol.

TONSILLARIS. *Pariſthmia*, *antiades*, *auct.* Cynanche, angina, tonſillas et membranam faucium mucoſam afficiens, reſpiratio difficilis.

THYMICA. Phlegmaſia glandulae thymus: tumor ad imam colli partem, iuxta ſternum: deglutitorum vomitus, nulla in faucibus mutatio.

NASALIS. Phlegmaſia membranae pituitariae, nares poſticas ſuccingentis: difficultas loquendi, deglutiendi, et per nares reſpirandi, dolores, velum palatinum, eiuſque columnas et tubas Euſtachii diſtrahentes, noctu adaucti, rhinoſtegnoſis.

HYPOSTAPHYLE. Phlegmaſia, relaxatio, vuulae.

HIMANTOSIS: *Himantion: himas.* Vuulae ſolito maior longitudo et gracilitas.

CIONIS. Dolorifica vuulae craſſities c).

DYSPHAGIA. Dolor et difficultas deglutitionem retardans, impediens, citra reſpirationis laeſionem.

HYDROPHOBIA. Summa potulentorum aut auerſatio, aut dyſphagia, aut vtraque, ſub deglutitione eorum ſumma anxietas, imo conuulſiones, ſitis ingens. Phlegmaſia paſſiua, plerumque occulta, pharyngis. — RABIES dicitur, quae eſt a morſu, aut halitu, attactu, animalis, etiam hominis, potiſſimum rabidi, aut ſolum irati, ope ſaliuae, eadem lege contagioſa, qua contagium fuit ſuſceptum, ſtipata plerumque ſpuma oris, et inſuperabili deſiderio, contagium propagandi per morſum, aut ſaliuae in adſtantes, exſpuitionem; pulſus pleni, contracti, irregulares, vrinae parcae copiae excretio frequens cum tremore et conuulſione, raucedo, vox, clamori animalis rabidi (v. c. canis) non abſimilis, et ſimilis decubitus: dyſpnoea, oculorum rubedo, corpus extenuatur, palleſcit, inſudat, lingua ex ore exſeritur, priapiſmus, gonorrhoea,

c) Huc defectus vuulae: ſequuntur haemoptoë, pneumophthoë. MORGAGNI de ſed. morb. XXII, 26.

norrhoea, vomitus bilis nigricantis, pars demorſa exulceratur; paraphrenitis, paraphroſyne, rel. d).

TRACHELOPHYMA ſeu BRONCHOCELE. SAGAR. et de SAUVAGES. Tumor anticae colli partis non inflammatorius, nec purulentus e).

OBSTIPITAS. Capitis inflexio (ſpaſtica) in vnam alteramue plagam, hinc lateralis, antica, poſtica, prona, ſupina. Vltima eſt clonica, reliquae tonicae.

II. THORACIS PASSIONES.

MASTODYNIA. Notabilis et conſtans mammae dolor.

SPARGANOSIS. Tumor mammarum in vbera praebentibus.

AGALACTIA. *Aglactatio.* Lactis defectus in feminis, vbera praebentibus, aut ſuppreſſio f).

GALACTIRRHOEA. Spontaneus lactis e papillis effluxus.

OSCEDO. Oſcitatio repetita.

SINGVLTVS. — STERNVTATIO. — SVSPIRIVM.

SCREATVS. Faucium muci ſonora excretio.

TVSSIS. Sonora aëris, per clonicum organorum reſpirationis ſpaſmum, per os expulſio:

1. *Va-*

d) Illa *ſpontanea* dicitur, ob rabiem, quae et *canina* vocatur, quum per canes frequentius inducatur, ea quidem ratione, vt in rabie interdum abeſſe hydrophobia vera praedicetur. Igitur ob vagas auctorum deſcriptiones vtramque diſtinguere non poſſumus, maxime quum natura hydrophobiae adhuc lateat, cui eruendae neque extiſpicia cadauerum huc vſque ſatisfaciunt. Nonne autem, ſi ponis, dari celluloſae palpitationem nimiam, quam fluidorum approximatio adaugeat, eamdemque hic tum in toto corpore, tum maxime ad oeſophagum ponis, hydrophobiam explicare poteris? Eam adeſſe ſuadent etiam cadauerum ſectiones, quae oeſophagi inflammationem adeſſe docuerunt, et ſiccitas partium, humorum ſpiſſitudo, vt ſanguinis in encephalo, bilis ad hepar, vnde ad ſolidorum inertiam, ſeu irritabilitatem imminutam, concludere poſſumus. Nonne remedia huc vſque nota ea ſunt, quae imminuunt celluloſae palpitationem, vt mercurialia, aut in ſpecie irritabilitatem excitant, vt cantharides, et ſimilia?

e) Huc *Apomytoſis* SAGAR. Succuſſio cutis et capitis cum trunci totius agitatione tremula et violenta, exſpiratio ſonora, quaſi ſtertoroſa.

f) Huc *lacteae metaſtaſes*, quas vide ad hanc paſſionem aliaſque in catarrheum. pathologia.

1. *Variat* sede:

a. Idiopathica, ex respirationis organo primarie adfecto:

a. *Laryngea.* Sensus irritationis ad laryngem.

b. *Trachealis.* Sensus irritationis et spasmi ad tracheam.

c. *Pulmonalis.* Sensus irritationis et spasmi ad pulmones.

d. *Pleurodea.* Sensus irritationis ad pleuram, mediastinum vtrumque.

e. *Diaphragmatica.* Sensus irritationis et spasmi ad diaphragma.

b. Sympathica, ex respirationis organo sympathice adfecto:

a. *Oesophagea*, sensus irritationis et spasmi ad oesophagum, aut signa, sedem eius hic declarantia.

b. *Gastrica*, caussa irritationis haerens in ventriculo.

α. *Simplex*, gastrica, aucta post repletionem ventriculi.

β. *Conuulsiua*, *ferina*, *clangosa*, *coqueluche* dicta, Kinkcough Anglis. *Pertussis* ALLEN. g).

Incipit cum febricula, vtplurimum sensim crescit tussiendi conatus, cum repetita, diu protracta, exspiratione, insequente tarda, difficili, sonora (instar gallinacei), clamosa inspiratione, dein mucus sincerus expectoratur. Paroxysmos praecedit vel titillatio gutturis, vel suffocatio minata, in paroxysmo venae tument, arteriae fortius pulsant, caput dolet, oculi prominent, lacrimae fluunt, palpebrae tument, facies turget, rubet, aut liuescit, aeger veluti suffocatus sensim ad se redit, dum e naribus et per os, vomitu etiam, et maiori quidem leuamine, aliena reiicit. Conuulsiones aut apoplexia metuendae, nisi accidant,

 imo

g) STOLL. II. 175 sq.

imo diuturna phthisin minatur et infert. Pertinet ad varios morbos, et irritabilitati ventriculi debetur, ad respirationis organa propagatae. Bina tempora distinguit *ill* STOLL.

1. Quo ventriculus fere solus aegrotabat, et materies praua abdominis, necdum in reliquum corpus, aut non, nisi perparum, dimanauit.
2. Quo pulmones non per sympathiam solum adficiuntur, sed ipsi iam suam e ventriculo labem, eamque variam, attraxerunt.

c. *Ex varia corporis parte oriunda.*

2. *Variat* indole:

a. Thymos. HIPPOCRATIS. Tussis sicca, sine sputis.
b. Anacatharsis. Tussis humida: humor mucosus, limpidus, viscidus, aut dilutus, interdum plus minus cruentus (crudus), aut flauescens, flauus (coctus), exspuitur h).

CATARRHVS. *Rheuma.* SAUV. Post frigus vagum, horrores, rigorem, cum calore alternantes, tussi, coryza, ptyalismo, odontalgia, otalgia, aliquamdiu praegressis, aut perseuerantibus quoque iisdem cum pyrexia vespertina, doloribus vagis, grauantibus, respirandi difficultas, cum coryza critica: sensus compressionis in pectore, anxietas, tussis initio sicca, post humida, critica,

h) „Tussim conuulsiuam, inquit *ill.* STOLL l. c., quae sui generis et specificus morbus esset, numquam vidi; semper enim epidemicae febris characteres exhibuit luculentos, vt ab eadem etiam caussa generari et eiusdem popularis aegritudinis diuersa solum modificatio videretur. -- Tusses conuulsiuae, a me cum Viennae, tum in Hungaria obseruatae, fuere omnes stomachicae: at non omnis stomachica fuit ideo conuulsiua, hinc latius patet, et plures species complectitur. Tussis conuulsiuae origo ex ventriculo communissima esse videtur." -- Explicare ex his certe poteris, cur multi tussim conuulsiuam epidemicam viderint, dum morbilli epidemici erant, aut praegressi, non, quod tussis conuulsiua ab acri esset, quod aër contineret, sed quod irritabilitas gastrica vtraque produceret.

critica, corporis totius laſſitudo, plumbea grauitas, non raro angina i).

PLEVRODYNE. Pectoris ad latera, ſternum, dorſum, dolor pungitiuus cum reſpiratione difficili, tuſſi, raro ſputo cruento, apyrexia, ſono thoracis integro.

a. MYOSITIS. Pleuritis notha, ſpecies. Phlegmaſia muſculorum intercoſtalium. Signa myoſitidis et pleurodynes.

b. PLEVROSPASMVS. Pleuritis notha, ſpecies. Palpitatio maior membranae, thoracem inueſtientis, pleurae, et pulmones ſuccingentis. Signa pleurodynes, abſentia myoſitidis thoracicae.

a. Lateralis. Dolor ad latera.

b. Mediaſtinus:

α. *Anterior.* Dolor, ad ſterni ſiniſtram partem, ad pectus directus.

β. *Poſterior.* Dolor, ad vertebras dorſi, ad pectus internum tendens.

γ *Diffuſus.* Spaſmus tonicus pleurae, vt haec libera pulmones quaſi fune conſtringat, coarctet; ſenſus conſtrictiuus ad mediaſtinum anterius et poſterius.

N. Pleurodynes omnes vidi, ſuſtinui, et quis non viderit ſimplices et haemoptyſeos comites k).

PNEV-

i) „Catarrhus morbus eſt, qui haeret in tota membrana Schneideriana, diſtributa per os, ſinum ethmoidalem, ſinus frontales, maxillares, ſiue antra Highmori. oſſa ſpongioſa, per fauces, oeſophagum, ventriculum, inteſtina, laryngem, aſperam arteriam, bronchia, et veſiculas pulmonales; hoc omne eſt membranae Schneiderianae territorium. Hic locus catarrhorum eſt. Leuiſſima fit ibi inflammatio; ſtagnat humor, liquidiſſima pars exprimitur, tumet membrana, coquitur materia, et poſt 3. 4. ſpiſſa excernitur copioſiſſima.„ de HAEN. pr. path. I. 189. Ne negligas glandulas, ſimul occurrentes in his partibus.

k) Sonus thoracis cognitus ſupponitur tum naturalis, tum praeternaturalis, ſecundum dogmata Cel. AVENBRVGGER, (cf. eius nouum inuentum, ex percuſſ. thoracis abſtruſ. morb. cognoſc. in Cl. de WASSERBERG coll. opp. min. F. I. p. 319 ſq.) cui fides omnino habenda, quum *ill.* STOLL. non dubitet, eius labores laudare.

PNEVMONIA. Pyrexia, febris, cum impetu ad respirationis organon, respiratio difficilis, dolor ad thoracem, tussis, sputa varia l).

PLEVRITIS. Pneumonia, dolor pectoris acutus, viuidus, punctorius, inspiratione, tussi, auctus, pulsus quasi spastice constricti. Variat:

a. *Indole:*

α. Febrilis. Subito pleuritis, mox febris m).

β. Febrisequa. Febris, dein die 3. 5. pleuritis n), aut post reditum paroxysmi intermittentis.

b. *Sede:*

α. Vera, lateralis, sicca. Dolor punctorius, in latere fixus (vt tamen in alterum, aut aliam pectoris partem interdum migret), tussis aut deest, aut sicca est, oritur tamen non numquam, maximeque temporis successu, anacatharsis (ob pulmones), decubitus in latus adfectum facilior.

β. Mediastina, grauitas pectoris, respirandi difficultas, tussis sicca.

α. *Anterior*, dolor punctorius ad sterni sinistram partem, ad xiphoideam et pectus internum tendens.

β. *Posterior*, dolor ad vertebras dorsi, ad regionem subscapularem extensus.

c. Pericardina. Dolor punctorius ac grauitas in pectore, profundiores, anxietas, palpitatio cordis, perpetua ad tussiendum procliuitas.

d. DIAPHRAGMITIS. Dolor punctorius ab inferioribus costis ad vltimas dorsi vertebras. Oppressio pectoris, anxietas, spiritus breuis, interruptus, *singul-tuo-*

l) Tamquam genus, comprehendens species, mox dicendas, ab auctoribus non sufficienter saepe cultas, earumdemque affinitatem maximam, congrue ponitur, voce, non nullis omnino vsitata. -- Oritur interdum, a speciebus etiam vere distincta, ab intermittentibus, calidis initio tractatis. HVXHAM II. 30. CLEGHORN p. 263. SARCONE §. 221.

m) e. c. SARCONE §. 149. 159.

n) e. c. SARCONE §. 142.

tuosus, tussis sicca, hypochondria reuulsa, sensus tensionis, dolorisque vehementis, instar cinguli thoracem inferiorem stringentis, inspiratione auctus, respiratio breuis, vel parua et frequens, crescens inaequaliter, seu, vel parua et frequens, vel rara et magna, palpitatio cordis, (gelasinus, paraphrenitis, paraphrosyne [o]).

PLEVROPERIPNEVMONIA. Signa pleuritidis et iam dicenda peripneumoniae, vt mox huius, mox illius signa emineant [p]).

PERIPNEVMONIA. Dolor pectoris obtusus, obscurus, quasi pectus comprimens: respiratio breuis, aequalis, plerumque sonora, spiritus calidus, anxietas (genarum rubor): tussis humida, lingua ex flauo rufa, postea nigrescens. (Dolor pectoris interdum sub sterno et inter scapulas est).

a. *Dissimulata.*

α. Acuta, stipata pluribus hepatitidis symptomatibus. Pyrexia, respiratio difficilis, tussis sicca, dolor sub scapu-

o) Pleuritis inflammationem et siccam et humidam constituit, hanc autem frequentiorem esse, credere fas est, quum ex iis toleratis frequentiorem pulmonum et pleurae coalitum repetas. --- Nonne quum pleurodyne posita est, obseruationes, vbi post praegressa pleuritidis signa nulla tamen alias conspicua pleuritidis signa in cadaueribus occurrebant, explicari poterunt? Pleuritidem enim simulatam esse putes a pleurodyne, praecipue pleurospasmo, eodemque forte plethorico. --- Num autem pleuritis habenda pro phlegmasia pleurae? etiam membranae contiguae pulmonum externae? Pleuram phlegmasiam pati, quis negauerit? Etiam citra pulmonum consensum posse, constat, lites tamen auctorum ne tangam quidem, multo minus vlterius ea de re hic disquiram, cuius vtilitatem non capio. Diaphragmitidem hic posui, tum quod pertineat diaphragma ad respirationis organon, tum quod non possit facile et tuto definiri, an sit phlegmasia ipsius diaphragmatis, num pleurae contiguae.

p) Hac voce facile carere possumus, eidem pneumoniam substituentes. Quamuis enim in cadaueribus pleuritidem ad solam pleuram referre possis, pleuroperipneumoniam ad pleuram et pulmones, in viuentibus tamen adeo saepe non poteris: quare pulmonum etiam inflammationem in pleuritide etiam adesse multi statuerunt, ideoque distinctionem neglexerunt. Retinui tamen vocem, vt in pathologia speciali auctorum obseruationes possint ad suum titulum referri.

ſcapula et in regione hepatis, et alia hepatitidis ſigna, icterus, ſigna pyogeniae, phthiſeos, rel. q).

b. Chronica, *occulta* STOLL. r) *Stenothoraces*, id eſt, thorace breuiori, anguſto et compreſſo, praediti, collo longo, ſcapulis eminentioribus (ii dicuntur a veteribus *pterygodes*) corpore gracili, fibra tenera, delicata, ſumme irritabili, genis roſeis, praediti, poſt catarrhi, pneumoniae, ſigna praegreſſa, laborant febri exigua, aut nulla, decubitu in vtrumque latus aut facili, aut non multum moleſto, in vno tamen aliquando difficili et anguſtante, tuſſicula rara, ſicca, aut cum ſputis paucis, aridis, mucoſis, lingua modice albeſcente, ſiti nulla, oppreſſione pectoris ex motu, dolore punctorio, ardore, preſſione pectoris ex fortiori inſpiratione, aut tuſſi, ſub varia corporis poſitione, digeſtione ventriculi languida, circa 3. 4. a ſumto cibo horam.

b. *Simulata*; v. hepatitidem et ſplenitidem s).

HAEMOPTYSIS. Pneumonia, cuius praecipuum ſymptoma eſt ſanguinis, vel puri, vel cum ſputis mixti, per os reiectio.

a. *Vera.* HAEMOPTYSIS. Quae oritur a vaſis ſanguiferis, ad reſpirationis organon pertinentibus. Notanda hic diſpoſitio, quae eſt:

1. Haereditaria t). Multis conſtat obſeruationibus, procliuitatem ad haemoptyſin alere integras ſaepe familias, vt certo aetatis anno compareat, imo exitialis fiat, licet omnes cautiones adhibeantur. Haec procliuitas ſe manifeſtat ſignis peripneumoniae chronicae, pecto-

q) SARCONE §. 258.

r) R. M. T. I. p. 213 ſq.

s) Peripneumonia, phlegmaſia, ab omnibus ad pulmones relata, praeeuntibus praeter veteres, BOERHAAVIO et SCHACHTIO, diſtingui poterit, in *phlegmonodem*, quae ad vaſa ſanguifera pulmonalia pertinet, eamdemque duplicem, dum vel ad vaſa pulmonalia, vel ad bronchialia ſpectat, atque in *eryſipelatodem*, quae vaſa etiam lymphatica tangit, et procul dubio eſt eryſipelas pulmonum veterum, catarrhus pulmonum recentiorum.

t) LOMMII obſ. p. 119. v. SWIETEN IV. 80. 81.

pectoris, colli, scapularum, conditione dicta, cute flaccidiori, tenuiori, pinguedinis defectu, systemate neruoso irritabili, mutationes anni temporum et tempestatum, animi pathemata, abusum calidorum, eupeptorum, aegre ferente, catarrho frequenti, colore faciei albicante, aut subflauo, cum viuido et amoeno rubore, cum profundis temporibus, ossibus zygomaticis eminentioribus; dentibus sanis, eorum colore lacteo, transparente (pneumophthoën etiam indicante); difficultate respirandi et anxietatis sensu sub scalarum montiumque adscensu, a leuiori corporis exercitio, vel solis cachinnis, tussi, pulsus fit celerior, oriuntur palpitatio cordis, facies rubedine suffunditur, et fatigatur corpus. Hypochondriacae subinde compressiones circa pectus, seu pleurospasmus, crebra suspiria, faucium spasmi, quasi hysterici, screatus phlegmatis salsi, dulcis, amari, et sapor oris similis, varius. Ingenium praeterea subtile atque acre, sensationes acutiores, imaginatio viuidior, propensio ad hilaritatem. Vita a parentibus, tum simili procliuitate, tum vera haemoptysi laborantibus, adepta. Aetas, impetum praesertim ad pectus plerumque experiens, ab anno XV. ad XXXVI.

2. Adquisita. Per corporis debilitatem, introductam per ea, quae robur vniuersi corporis deiiciunt, aut in specie conformationem pectoris labefactant, quorsum vestes angustae, thoraces feminarum, aut congestiones ad pectus efficiunt, quorsum vitae genus, e. c. tibialium confectorum, eruditorum, tandem acria, calefacientia, cantus, risus, clamor, nimia. — Atque his similia tum haereditariae, tum adquisitae, occasiones etiam non raro constituunt. — *Differt* autem *haemoptysis*:

a. *Gradu*:

α. ma-

α. Maior, copiosa, germ. *Blutstürzung.* Tussis sicca, oppletio pectoris, anxietas, respirandi difficultas, procliuitas ad iracundiam, lassitudo, sapor oris salsus, dulcis, amarus, varius, pulsus celeriores, plethorae, spuriae saltem, symptomata, obstipatio, signa spasmi: quibus fere praecedentibus et comitantibus, instanti se adiungunt: spasmi abdominales, praesertim praecordiorum, respiratio anxia et anhelosa, pleurospasmus et caloris sensus in pectore, interdum ardens aut pungens dolor, artuum grauitas, pulsus spastici, iidemque vel parui, vel maiores, palpitatio, genarum rubor, motus vndosus in hypochondriis versus diaphragma manifestus, grauior sapor oris salsus, vel dulcis, vel amarus, vel diuersimode alienus. Deinde cum tussi, conuulsiua, etiam vomitui aemula, sanguinis sinceri, coccinei, spumantis, aliquando cum vasculis, fibris, membranulis commixti, excretio contingit, ad libras aestimanda. Postea respiratio fit liberior, et symptomata pleraque euanescunt, vt tamen cum sensu lassitudinis, frigoris phaenomenis, sputum cruentum, sputum muci cum striis sanguineis, per plures dies continuet.

β. Minor, germ. *Blutspucken.* Post anxietatem, ruborem genarum, frigus extremorum, horrorem, spasmos, palpitationem, sub pulsu etiam paruo in pulmonibus et faucibus sensus titillatorius, leuisque stertor, quo sanguis ad aliquot vncias, aut minori copia, sputatione, screatu, sine vehementia, cum tussi placida, purus fluidusque eiicitur: aut, his fere plerisque signis deficientibus, post pectoris angustiam, sub leui intra pulmones et fauces titillatione, in os adscendit, aut absque hoc etiam sensu excernitur.

b. *Sede*, non satis certo vere definienda:

α. Trachealis. Laryngea u).

Paruus

u) CAELIVS AVREL. chron. II. 11.

Paruus ac flauus ſanguis, ſaepe ſub ſtriae, etiam tenuiſſimae, imagine, cum ſputis redditur. Pruritus, titillatio ad tracheam, laryngem, cum leui tuſſicula: deinde plurimus ſanguinis fluor, ſeu largior excretio, (ſi vere ſuccedit); vox rauca, obtuſa cum dolore, qui nunc titillatu, nunc tuſſicula vehementi, mouetur; plurimus, tenuis, ſpumoſus, plerumque feruens, ſanguis excluditur. Signa haemoptyſeos, adquiſitae, minoris.

β. Pulmonalis. Signa haemoptyſeos haereditariae, aut adquiſitae, maioris, minoriſue.

1. *Idiopathica, primaria:*

a. *Ex arteriis pulmonalibus* veniente ſanguine. Sanguinis, potiſſimum tenuis, floridi, ſpumoſi, excretio, niſi in bronchiis moratus profundiorem colorem adſumſerit.

b. *Ex arteriis bronchialibus*, plerumque exigua tantum ſanguinis minus floridi et ſpumoſi, cum muco ſolum permixti, rarius ſinceri, ſanguinis excretio, tuſſis forte facilius expers, rarius aut numquam magna.

2. *Sympathica, ſecundaria* x). Debetur haemoptyſi tracheali, laryngeae, rarius pulmonali idiopathicae, et dein enumerandis ſpuriae ſpeciebus, ſanguine per laryngem delapſo, et dein iterum reiecto. Signa haemoptyſeos variae praegreſſa, et potiſſimum minoris. Color reiecti ſanguinis, non ſpumoſi, profundus. Cf. pathol. ſpecial.

b. *Spuria.* HAEMOPTOEN dixerim. Quae oritur a vaſis ſanguiferis, ad reſpirationis organon non pertinentibus. Abſentia ſignorum haemoptyſis verae.

a. A capite, naribus poſticis.

Signa congeſtionum ad caput, non raro catarrhi, ſputa rubicunda, non ſpumoſum, nec rutilantem, ſed profundiorem ſanguinem, exhibentia.

b. E

x) v. c. v. SWIETEN IV. 3.

b. E faucibus y).

Signa praecedentis: ſcreatu redditur ſanguis; cibus, potus, gargariſma, ſenſum adſtrictionis in faucibus excitant, inſpicientibus, depreſſa lingua, oſtium arteriae apertae, ſanguinem fundentis, et tumor aliquis patet.

c. Oeſophagi.

Signa ſimilia, ſcreatu redditur ſanguis parua copia: ſenſus adſtrictionis in oeſophago ab adſumtis.

d. Hypochondriaca z).

Eſt, quae debetur variae conſtitutioni aduerſae viſcerum hypochondriacorum, atque ad pathologiam ſpecialem pertinet. Exhibet autem potiſſimum ſigna propria variae labi viſcerum, et ſpuriam haemoptyſin ſiſtit. Huc tenſio hypochondriorum, doloris grauatiui ad vniuerſum abdomen ſenſus, dyſpepſiae phaenomena. In gaſtricam, hepaticam, lienalem, ſic diſpeſci poſſet a).

PNEVMOPHTHOE, phthiſis pulmonalis *auctor.* Pneumonia chronica cum macie. (Praegreſſis plerumque aut diſpoſitionis ad haemoptyſin veram, aut catarrhi diuturnioris, ſignis.) Febris lenta, hectica, hemitritaea b), tuſſis, anacatharſis puriformis (purulenta), decubitus in latus adfectum difficilior, lateris adfecti manus tumida, pedis, in primis in latere adfecto, tumor, ſudor nocturnus, matutinus, etiam ſolius faciei, frontis, pectoris, cum diarrhoea, aut alternans aut ea comitatus, *grypo-*

y) CAELIVS AVREL. l. c. v. SWIETEN

z) CAELIVS AVREL. l. c. P. G SCHROEDER pr. d. de haemoptyſi. Goett. 1766. Sect. 2.

a) Vix eſt, quod moneam, ſaepe difficulter ſpecies et varietates haemoptyſis ſatis diſtingui poſſe, maxime in pathologia ſpeciali, aut praxi, quum non omnia ſemper ſigna adſint. Sic tuſſim non numquam abeſſe, exempla teſtantur. Cf. v. g. E. N. C. a. 1670. obſ. 42. E N. C. a. 1719. c. 7. p. 305. RHODII C. 8. obſ. 33.

b) Exacerbationes, etiam hecticae, tempore digeſtionis contingunt, vt ſaepe hectica ſolum intermittens et hemitritaea videatur.

gryposis seu vngues adunci, spes sanitatis recuperandae admirabilis.

N. Affines esse passiones, pleuritidem, peripneumoniam, haemoptysin, pneumophthoën quis neget? Pleuritidis et peripneumoniae affinitatem facit pleuroperipneumonia, vt limites vtriusque aegre definias. Affines esse peripneumoniam et haemoptysin, quis neget, quum tam in vniuersum topicarum phlegmasiarum et haemorrhagiarum, quorsum pertinet haemoptysis, summa affinitas sit, quam negari nequeat in haemoptysi obtinere pulmonum phlegmasiam: quod enim pneumophthoë veram haemoptysin non raro sequatur, id certe non potest repeti a sanguine extra vasa fuso, putrescente, suppurante, sed a phlegmasia pulmonum: et varia etiam haemoptysis verae symptomata phlegmasiam testari possunt, quorsum et, praeter signa supra stabilita, sanguis, e vena missus, corio pleuritico tectus. Pneumophthoën vero ad phlegmasiam pulmonum pertinere, quis perneget? quum multa signa omnino peripneumoniam, chronicam scilicet, doceant, quod quidem et medendi methodus comprobat. Catarrhum denique huc non inepte referri posse, inde concludas, quod toties peripneumoniam, haemoptysin, pneumophthoën excitet, et similem curationem desideret c).

2. Omnem pneumoniam esse tum actiuam, tum passiuam, et febribus variis tum intermittentibus, tum continuis stipari, quae vel praecedant, vel subsequantur, non est, quod repetam, quamuis in praxi summi momenti sit, haec aestimare.

3. Dolor, per SARCONE d) obseruata, potius tamquam primarium symptoma considerari debet, quam vt secundarium, vt, si dolori cito et rite prospicias, pneumoniam facile tollere possis. Anodyna autem sunt, quae

c) Consentiunt etiam PRINGLE p. 194. et TISSOTVS §. 125.
d) §. 154. sq.

quae morbo respondent, ceterum et opiata [e]). Quare ne mireris, opium etiam in haemoptysi et pneumophthoë commendari.

ANHELATIO. *Anhelitus.* Respirandi difficultas apyreta, angustiae in pectore sensus, potissimum, modo a decubitu, modo a gressu, augmento innotescens.

ORTHOPNOEA. Subitanea, sublimis, et suffocationem minitans, anhelatio, acutissima, periodica [f]).

DYSPNOEA. Anhelatio continua, chronica.

PLEVRORRHOEA [g]). Haemorrhagia, apocenosis, facta in cauo thoracis: dyspnoea, sonus pectoris percussi obscuratus ad eam altitudinem, quam liquidum, extra vasa fusum, occupat.

a. HAEMATHORAX. *Pleurorrhoea sanguinea* [h]). Sub perpetua magnaque praecordiorum anxietate, atque pectoris oppressione, corporis iactatio continua, sonitus in parte adfecta nullus, pulsus maxime contracti, celerrimi, ordinate inaequales: respiratio summe anxia, cum tussi crebra, suspiriis interruptis, venarum omnium detumescentia, oculorum rubedo, ephidrosis frigida circa iugulum et tempora, mutitas.

b. *Serosa*, *lymphatica*, v. pathol. catarrh. Hydrothorax.

c. *Purulenta. Empyema.* v. pyogen. pathol.

d. *Chylosa.* v. vulnera.

MACROPNOEA [i]). Respiratio per longa interualla contingens.

ASTHMA. Anhelatio chronica, periodica.

EPHIALTES. *Incubus auct.* Anhelatio querula, cum insomnio terrifico, dormientis in dorso.

STERTOR. Anhelatio sonora, seu sono respiratorio inuoluntario, sibiloso, saepe rauco, stipata [k]).

APNOEA.

e) SARCONE §. 165 sq.

f) Huc *catarrhus suffocatiuus* auct. *angina pectoris* Anglor. cf. patholog. spec.

g) AVENBRVGGER l. c. §. 32.

h) AVENBRVGGER l. c. §. 47.

i) VOGEL n. 266.

k) VOGELIO n. 271. 272. *Rhachus*

APNOEA. Reſpiratio ſuppreſſa, abolita. Signa fere aſphyxiae.

CARDITIS. Phlegmaſia cordis: dolor punctorius ſub ſterno, palpitatio cordis, anxietas, continuae, animi deliquia frequentia, pulſus parui, frequentes, inaequales: pyrexia, aliquando hydrophobia l).

PALPITATIO. Pro ratione pulſus arteriarum maior cordis pulſatio, validius pectus percutientis m).

ANXIETAS. *Dyſphoria*, *inquies*, *iactatio*, *auct.* Moleſta ad praecordia ſenſatio.

a. Praecordialis. ALYSMVS Graec. Repetunt ab impedito ſanguinis per venam portarum circuitu, rectius neruis abdominalibus adfectis tribuitur. Pulſus et reſpiratio minus mutati, ſummus ponderis opprimentis ad ſcorbiculum cordis ſenſus, vt auellere tentent aegroti, cardialgia grauiſſima, icterus ſaepe ſalubris.

b. Pneumonica. Cum extremorum frigore ſumma pectoris anguſtia, reſpiratio difficilis, pulſus vacillantes, celeres, debiles.

α. *Ab immeabilitate ſanguinis per cor ſiniſtrum et maiores aortae ramos.* Pulſus inaequales, debilitas, angor cordis et praecordiorum intolerabilis.

β. *Ab immeabilitate ſanguinis per cor dextrum et arteriae pulmonalis.* Frequentia et profunda ſuſpiria, praecordiorum grauamen, orthopnoea, adiuncta ſaepe ſpecie α. Peripneumoniae, cynanches, orthopnoeae, comes n).

CAR-

chus ſ. *ſtertor* dicitur ſonus, e naribus editus: *Rhochmus* ſeu *Ronchus* ſonus ſtertoroſus intra fauces.

l) Caue, ſigna pleraque referas ad morbum, neuroſin, aliamque ſubeſſe paſſionem putes. Illuſtrat affinitatem morborum et paſſionum. -- b. MECKEL (mem. de l'ac. des ſc. de Berl. 1756. p. 31. Comm Lipſ. VIII. 703 ſq.) eius exiſtentiam negat.

m) *Palpitatio*, non adiecto voce *cordis*, hunc ſemper denotat, quum aliis, v. c. palpitationi celluloſae, vox adiciatur neceſſaria.

n) Cf. BOERHAAVE. §. 631. BRENDEL. op. III. 100.

CARDIOGMVS. Grauis et pertinax molestia in praecordiis cum sensu ponderis et magnae molis pulsantis, a minimo motu increscens, dyspnoea, pulsus intermittens.

III. PASSIONES ABDOMINIS:

VIARVM VRINAE ET GENITALIVM.

HEPATITIS. Phlegmasia hepatis o).

a. *Acuta:*

a. Vera, designata. Pyrexia, tumor et dolor hypochondrii dextri, decubitus difficilis in latus dextrum.

α. *Lobi hypochondriaci dextri hepatis:*

1. Partis conuexae. Hepatitis designata, dyspnoea, tussis sicca, leuior, quam in pleuritide, dolor acutus, tensiuus, per singulas respirationes crescens, ad iugulum saepe adscendens, tumor, nisi sub costis spuriis lateat, pulsus duri.

2. Partis concauae. Dolor grauatiuus, praecedenti (1) mitior, saepe tactu solum innotescens, respiratio minus turbata, nausea, vomitus maiores, pulsus molles, aurigo. Illâ (1) frequentior.

3. Cystidis felleae. *Cystitis* Cl. SABATIER p). Signa hepatitidis, tumor hypochondrii dextri, tactu innotescens, turgor vesiculae, digitis cedentis.

β. *Lobi epigastrici*, FERREIN q).

Cardialgia, alysmus, vrgente magis dolore, febris, epigastrium, in aegro, genua flectente atque in dorsum cubante, exploratum *pressumque dolet.*

b. Simulata. v. myosit. et nephrit.

c. Dissimulata. Pyrexia, dolores vagi, caput, collum, dorsum, occupantes: die 3. aut 4. dolor hypo-

o) In arteriosam et venosam distincta a nonnullis, v. c. SCHACHT.

p) D. de calculis fell. Monsp. 1758. p. 74. Comm. Lips. VII. 26 sq.

q) Mem. de l'ac. des sc. de Paris 1766. p. 121.

pochondrii dextri, interdum et hypochondrii ſiniſtri, totiuſue abdominis, *aut* dolor pulſatilis *ſub ſcapulis.* Tuſſis ſicca, profunda. Diebus 1. 2. 3. ſputa cruda, vt in peripneumonia, deinde flaua et ſanguine tincta, reſpiratio difficilis; *decubitus* inde a die 3. 4. alienatus, vt truncus incuruetur.

b. *Chronica.* Hepatalgia SAUVAG. Hepatitis chronica, apyreta, ſymptomata ceterum a) ſimilia r).

SPLENITIS. Phlegmaſia ſplenis. (*Splenalgia* SAUV. chronica potius).

a. *Deſignata.* Pyrexia, ſaepe tetartophya: tumor et dolor hypochondrii ſiniſtri pulſatilis, tactu auctus, decubitus in latus ſiniſtrum difficilis, tumor renitens in regione lienis: pedes et genua rubent, nares aureſque interdum palleſcunt.

b. *Diſſimulata.* Simulata pleuritis s).

c. *Simulata.* v. myoſit.

PANCREATITIS. Dolor in ſuperiori et media abdominis regione, profundus, cum pyrexia, pancreatis phlegmaſiam ſiſtit.

PERITONITIS. Phlegmaſia peritonei. Pyrexia, abdominis, atque ad ſpinam dorſi, dolor, punctorius, corpore erecto auctus, defectus ſignorum aliarum phlegmaſiarum, tumor abdominis.

EPIPLOITIS SAUV. OMENTITIS. Pyrexia, dolor in ſuperiori et media abdominis regione, plerumque cum tumore.

GASTRITIS. Phlegmaſia ventriculi:

a. *Vera.* Febris, plerumque *typhus*, anxietas praecordialis, epigaſtrii ardor et dolor, reſpiratione, ingeſtis, tactu, auctus, vomituritio, adſumtorum vomitus, ſingultus, alui

r) Aeque eſt actiua, paſſiua, ac pneumonia, atque eâdem varias ad febres relatione gaudet.

s) v. SWIETEN §. 958. SAUV. pleurit. ſp. 19.

alui obſtipatio, extremitatum frigus, pulſus depreſſi, inaequales.

α. Pylori. Dolor in regione pylori, vomitus omnium adſumtorum.

β. Cardiac. Dolor in regione cardiaca: grauior ſingultus, cardialgia et ſyncope frequens.

b. *Simulata.* v. myoſit. t).

APEPSIA. Digeſtio ciborum abolita.

BRADYPEPSIA. Concoctio ciborum imbecillis u).

DYSPEPSIA. Concoctio vitioſe eueniens.

CARDIALGIA. Senſatio ad epigaſtrium moleſta, ſyncopen minitans.

GASTRODYNIA. Dolor in regione ſtomachi notabilis et conſtans, citra pyrexiam, aut ſyncopes periculum u).

PYROSIS. Senſus ardoris, ad ventriculum et oeſophagum relatus.

FLATVLENTIA. RVCTVS. RVMINATIO. Flatuum emiſſio x).

BVLIMIA. ADDEPHAGIA. Iuſto maioris alimentorum copiae adpetitus.

PICA. Alimentorum non ſuetorum, (ſaniſque inſalubrium, cum conſuetorum auerſatione) adpetitus.

POLYDIPSIA. Potulentorum immodicus adpetitus.

ADIPSIA. Potulentorum auerſatio.

ANOREXIA. Citra faſtidium abolitus ciborum adpetitus.

VOMITVRITIO; NAVSEA, CACOSITIA, ANATROPE. Abolitus ciborum adpetitus, ructus, ptyaliſmus, vomendi conatus fruſtraneus y).

VOMI-

t) Caue, ſigna febris typhodes habeas pro morbi, neuroſis, ſepſis, ſignis, et paſſionem cum alia confundas, niſi morbi vere ſubſint dicti.

u) GALEN. ſympt. diff. c. 4.

v) Cardialgiae nomine ſaepe apud auctores indicatur.

x) *Flatulentia* retentos potius flatus, ſtomachum et inteſtina diſtendentes, deſignat. *Borborygmi*, *murmura*, flatus inteſtinorum oberrantes cum ſonitu indicant.

y) Si mauis, *Nauſea*, *anatrope:* Abolitus ciborum adpetitus cum faſtidio, horrore. *Vomituritio:* Ructus, ptyaliſmus, vomendi conatus fruſtraneus.

VOMITVS. In ventriculo, oesophago, contentorum per os reiectio z).

DIAPHTHORA. VOGEL. Ciborum corruptio in ventriculo.

CHOLERA. Vomitus assiduus, biliosus, vel acris, dolor abdominis, nausea, tenesmus, diarrhoea, eclipsis, surarum gongrona (crampus, s. spasmus tonicus).

ENTERITIS. ILIACA. ILEVS. COLICA. *Auctor.* Phlegmasia intestinorum. Dolor abdominis summus, tactum non ferens, plus minus fixus, qui a phlegmasiis reliquis abdominalibus distingui potest (vt tamen hepatitidem, splenitidem, imo quibusdam pleuritidem mentiatur) cum tumore abdominis, meteorismo, obstipatione alui, dyspnoea, vomitu assiduo et vehementi, aliquando dysenteria, pyrexia aut conspicua, aut latente, aut nulla a).

MESENTERITIS. MESENTERICA. Phlegmasia mesenterii. Dolor circa vmbilicalem regionem profundus, aluus tarda, obstipata, signa phlegmasiae.

MESENTERITIS ET OMENTITIS. *Febris puerperarum Anglorum*, Cl. HVLME, alior. Dolor fixus, permanens, circa vmbilicum et regiones iliacas, abdomen tactum non ferens, cephalalgia frontalis, temporalis, dyslochia, agalactia, obstipatio.

RACHIALGIA SAUV. Colica pictonum *auctor.* Passio, etiam veteribus b) non incognita, ab anno 1572. potis-

z) Num vomitus ab irritabilitate ventriculi aucta; an ab imminuta potius et adaucta contractilitate mortua? Certe opium non raro vomitum ciet, ipecacuanha, in diminuta dosi, ad 8. grani partem, antispasmodicum hodie celebre est. Num vomitus a contractilitate vtraque?

a) Iliaca auctoribus dicitur, quae ad intestina tenuia spectet, et potissimum dolore fixo circa vmbilicum atroci, distensione epigastrii et vmbilici, rel. stipata sit: colica vocatur, quae ad crassa intestina pertineat, colon et caecum, atque dolore ad latera abdominis, lumborum grauitate, dolore, potissimum agnoscatur. Quemadmodum vero dolor saepe non certus satis sedis passionis index est, ita in primis de enteritide statui debet, nullo autem rei detrimento, testibus praeter alios egregio MORGAGNO de sed. m. XXXIV. 1 sq. XXXV. 20. de HAEN l. c. XIV. S. I. c. 3. qui etiam monent, subesse interdum enteritidem, quae sui signa vix edat. Ileus dici cum auctoribus poterit, quae stercoris vomitu conspicua est.

b) Vt PAVLLO l. III. c. 18.

potiſſimum celebris. Dolores abdominis atroces, ad lumbos et dorſum ſerpentes, obſtipatio pertinax, tubercula ad manus, artuum dolor rheumaticus, aut torpor, pulſus duri, vt arteriae filum ferreum, valideque tenſum referant, aequales, tardi, vibrantes: Anus clauditur ſurſum tractus, faeces, ſtercoris ouilli inſtar, cinericeae et durae excluduntur. Tranſire ſolet in paralyſin, contracturam, potiſſimum extremitatum ſuperiorum, hydropem, phlegmatiam, rel. Soluitur haemorrhagia, ſudore largiore, rel. Diſtinguitur varie potiſſimum in vegetabilem et mineralem, ab iis, qui venenis ſolis tribuunt, quare confer pathol. ſpecial.

HAEMATEMESIS. V o m i t u s c r u e n t u s *auct.* Poſt vomituritiones, vomitus materiae cruentae, et ante adſumtorum, cum ſignis ſpaſmi, etiam abdominis.

MELAENA. *Morbus niger auct.* Materiae nigricantis per os, aut aluum, aut vtrumque, eiectio, cum vomitu, ſpaſmis, doloribus abdominis, pulſu debili, lipothymia, ſyncope, ephidroſi frigida.

HAEMORRHOIS. H a e m o r r h o i d e s *auct. Haemorrhoidaria febris* STOERCKII. Poſt DYSHAEMORRHOIDEM (*anomalias haemorrhoidum* STAHLIAN.) *ſeu* congeſtiones abdominales (venae portarum), lumbaginem, iſchiadem, colicam, anxietatem praecordialem, dyſpnoeam, tenſionem ceruicis, cephalalgiam, vertiginem, rel., e MARISCIS, *ſeu* tumoribus ad ani marginem ſanguineis, dyſuria, teneſmo, proctalgia, ſtipatis, dolorificis, rubris, duris, in recto etiam altius latentibus, citra abdominis tormina, haemorrhagia e podice (c).

PROC-

c) Tres fere ſpecies conſtituit LORRY (m. cur. p. 50).

α. Eryſipelatoſae, dictae.

β. Phlegmonodes, quae cito in ſuppurationem tranſeat.

γ. Herpeticae, quae herpetibus ani et pruritu moleſta ſit.

Maximi vero ponderis eſt diſtinctio in *actiuam* et *paſſiuam*.

PROCTITIS. PROCTALGIA. Extremi recti et vicinarum dolor, tumor, alui difficultas, pyrexia.

INTERTRIGO, diatrimma, paratrimma, *auct.* potiſſimum *graec.* d). Paſſio puberum, caſte viuentium, vtriuſque ſexus, veneris ſtimulos ſentientium, hac auctos, per aliquot horas detinens, potiſſimum noctu, a familiari conſortio etiam ſubiecti cum altero ſexu, ſtimulis ad venerem excitatis, hinc et a ſpirituoſorum, aromatum, vſu aucta. Perinaeum primum admodum prurit cum artuum tremore, et palpitatione ſub ſcalptu: dein partes maculis flauis, vix ſupra cutim exſtantibus, diſtinctae ſunt, ſcrotum eſt rugoſum, retractum ſub paroxyſmo, vt labia pudendorum in feminis: adeſt erectio penis et libidinis ardens cupido, partis epidermis rugoſa olet, et alluitur liquore vnctuoſo; pruritus ſenſim magis magiſque augetur et per interualla quaſi acubus punguntur partes, vt eiulent adfecti, ardor ſemper adeſt, et ad leuiſſimum inceſſum exhalat humor olentiſſimus. Lichenis, cruſtarum per ſe expers, niſi ſcalptu frequenti epidermis eſcharoſa ſeceſſerit. Fit, vt frequenti ſcalptura ſemen effundatur, vt a repetita poſſit tabes dorſalis induci. Neque ab ea ſunt immunes ſenes: feminae maturius ea corripiuntur.

OBSTIPATIO. Obſtructio alui *auct.* Segnis, difficilis, rara, vel omnino diutius ſublata, faecum aluinarum excretio: ſymptomatibus aut nullis, aut his fere ſtipata: Flatulentia, borborygmi, abdomen tenſum, colica, alyſmus, dyſpnoea, vrinae difficultas, congeſtiones ad caput, pedum frigus, rel.

TENESMVS. Aſſidui, faeces aluinas egerendi ſtimulus et conatus, cum deiectione deinde ſubſequente parca, mucoſa.

DYSEN-

d) LORRY m. c. p. 448 ſq.

DYSENTERIA. Cum faecum aluinarum fere retentione, aut tarda, rara, earumdem durarum, ſiccarum glebularum, excretione, et teneſmo, tenſione et dolore abdominis, pyrexia, frequens, torminoſa, mucoſa, cruenta, parca per anum apocenoſis, vt ſimul ſumta deiectionum quotidianarum copia non adaequet congruam adſumtorum, aut ſani hominis deiectionum ſuetarum, copiam — Phlegmaſia interioris inteſtinorum, villoſae membranae, catarrhus inteſtinorum: teſtibus v. g. A. WILSON [e]), de HAEN [f]), *ill.* STOLL. [g]). Plerumque *acuta*, *epidemica*, *contagioſa* (per morbum puta, ſepſin ſimplicem aut bilioſam), febri, aut intermittente, aut continua, aut nulla fere ſtipata. *Chronicam* ſiſtit STOLL. [h]): remittens acuta, ſeceſſus rariores, vix torminoſi, multis ſeptimanis: cadauera ſiſtunt enteritidem chronicam, duritiem, rigiditatem inteſtinorum, potiſſimum craſſorum. — *Teneſmus* vere eſt dyſenteria ad inteſtinum rectum [i]).

DIARRHOEA. Apocenoſis aluina larga, frequens, apyreta, cum faecibus aut diſſolutis, aut ſcybalis etiam induratis (ſaltem initio).

LIENTERIA. Cito ſubſequens adſumtionem alimentorum, parum aut vix mutatorum digeſtione, per aluum deiectio, diarrhoea.

COELIACA. Faecum, diuerſimode conſtitutarum quoad colorem (albarum, albicantium, cinerearum, griſearum), et conſiſtentiam, excretio ſubitanea, plerumque copioſa, vel

e) Comm. Lipſ. X. 408.
f) L. c. ad catarrh. p. 101. n. i.
g) R. M. T. 3.
h) R. M. T. 3. p. 292.
i) Noli putare, veterum de dyſenteria doctrinam ſi paſſionis ſigna ſpectes, recedere a recentiorum deſcriptione. Etenim ſi veteres euoluis, et loca de dyſenteria integra, nequaquam male auulſa, ſpectas, nullum fere ſignum deſiderabis. Theoriam e contrario longe aliam eſſe, ac vere deberet, deprehendes. Quod quidem alia occaſione, ſtabilitis per collecta veterum loca dyſenteriae antiquitatibus *forte* comprobaturus ſum: forte inquam, laborem enim, iam ante aliquot annos peractum, huc vſque ſepoſui, licet vir Cel. eius editionem ſuaderet, laudaret collectionem. — Seceſſum muci enterici, ſub polyporum, membranarum, ipſorum etiam inteſtinorum forma euenientem, et phlegmaſiae humidae teſtem, in pathologia ſpeciali vlterius conſiderabo.

vel aſſidua, vel ex interuallo vnius vel plurium dierum. In ventriculo ſenſus ardoris, aut frigoris, adpetitus probus, aut anorexia, ructus, ſitis, murmura, ventris tumor, dolor, progrediente paſſione febricula, febris, virium decrementum, cutis ariditas, phlegmatia pedum, dein et aliquando ſanguis purus, vel flauus, faecibus admixtus eſt *k*).

HEPATIRRHOEA. Apocenoſis, haemorrhagia inteſtinorum paſſiua, diarrhoea; deiectiones dilutae, et loturae carnium ſimiles, largae, citra tormina, mariſcas [l]).

ASCITES. Cum grauitatis ſenſu totius abdominis tumor, citra elaſticitatem ac ſonum, fluctuationis ideam exhibens. Eſt autem *fluctuatio*, antitypia ſeu repercuſſio percepta, dum latus abdominis manu vna premitur, altera latus abdominis percutitur oppoſitum. — Eſt humoris in abdomine collectio cum dyſpepſia, dyſpnoea, alyſmo, pyrexia, ſaltem paſſiua, occulta, non raro tympanitide, phlegmatia, vrina lateritia. — In ſpecie eſt collectio aquarum intra peritonaei cauum et viſcera. — INTERCVS eſt humoris intra peritonaeum et muſculos abdominis collectio, intumeſcentia partialis: deficiunt ſitis, dyſpnoea, phlegmatia, vrina lateritia. SPLANCHNODES eſt humoris intra viſcus abdominale collectio: intumeſcentia partialis, ſedi viſceris reſpondens.

TYMPANITES. Leuis et elaſtica totius abdominis intumeſcentia, pulſata ſonum edens: dolores, borborygmi, obſtipatio, ceterarum partium macies: paſſio tarda.

a. *Ab-*

k) Cf. VOGEL ther. §. 333 ſq. et d. de flux. coel. gen. not. Goett. ed.

l) Nonne inteſtinorum hactenus traditae paſſiones in eo omnes ſibi affines, quod ponant irritabilitatem ventriculi, imo inteſtinorum, imminutam, vt nauſeoſa, v. g. tartarus emeticus, ipecacuanha, rheum barbarum, rel. non ideo iuuent ſaepe, quod multum cauſſae (quae redeat ad ſaburram, adiapneuſtiam) euacuando per vomitum, aluum, ſudorem detrahant, ſed quod excitent irritabilitatem ventriculi? Quare nec obſtipatio et diarrhoea adeo ſibi oppoſitae ſunt paſſiones, vt vna facile in alteram potius tranſeat, vtraque iiſdem cedat medicamentis, quod rhei, chinae corticis, vſus vel ſolus comprobat. —

a. *Diffusus: Abdominalis* m):

α. Siccus. Recens fere quicumque; resonitus euidentior, flatus rari, minus leuantes, dolores exteriores, obstipatio minus pertinax.

β. Humidus n) ascitis comes: intumescit abdomen et subito, digitis pulsatum, digitum cum sonitu repellit, flatulentia, flatus, ano et cato erumpentes, leuantes, obstipatio, vrina pauca, rubra, phlegmatia pedum.

b. *Topicus:*

α. Intestinalis o).

Incipit a borborygmis, doloribus abdominis atrocibus, pertinacibus, initio ad vmbilicum, dein ad ambitum abdominis conspicuis, obstipatio, a flatibus erumpentibus leuamen fugax; deficiunt phlegmatia, sitis vrgens, vrina lateritia.

β. Enterophysodes p).

Tympanites diffusus et partialis; tumor inaequalis, v. c. pneumatomphalos, pneumatocele.

METEORISMVS. Intumescentia abdominis, vel hypochondriorum, acuta, aut doloris expers, cum exiguo dolore, et sensu grauitatis lumborum, ischuria.

a. *Diffusus.* Abdominis tumor, versus vmbilicum, cum tensione, vt in tympanite. Comes acutarum, tritaeophyae, amphimerinae, synochae, enteritidis, rel. (nisi ad morbum, potissimum sepsin, neurosin, attinet).

b. *Topicus.*

α. [Ventriculi.]

Inflatio epigastrii, vt nullum cauum sit a sterno ad vmbilicum, cum aut sine dolore.

β. Intestinorum. —

NEPHRITIS. Dolor fixus in regione renum et vreterum, raro ad abdomen atque externas partes delatus, in-

m) SAUV. sp. 2.
n) SAUV. sp. 4.
o) SAUV. sp. 1.
p) SAUV. sp. 4.

interdum ad ſpinae dorſi latus procedens: mictio turbata, vrina colore et contentis varia, obſtipatio, teneſmus, vomitus, cruris ſtupor, aeger, antrorſum flexus, truncum erigit ſine notabilio dolore, pyrexia, febris, qua deſtituta NEPHRALGIA dicitur.

VRETERITIS. Symptomata maxime nephralgiae: dolor, iter vreterum ſequens.

CYSTITIS. Phlegmaſia veſicae vrinariae. Tumor oualis in regione pubis, dolor acerbus, ardens ad perinaeum, interdum rubicundum, diſtenſum, dolor et ardor ad pubem et vmbilicum, dyſuria maxima, iſchuria, ſummo meiendi deſiderio et conatu ſtipata, mictio dolens, obſtipatio, teneſmus, catheteris vltra veſicae collum immittendi impoſſibilitas, alyſmus, pyrexia actiua, acuta, feruida, aut paſſiua; accedunt extremorum frigus, vigiliae, paraphrenitis, paraphroſyne, ſitis maior, ſingultus, tumoris durities increſcens, dolor in nucha.

— b. *Phlegmaſia vuulae veſicae vrinariae.* SAUV. (II. 529.) MORGAGNI. Signa cyſtitidis: catheteri vero nulla obiicitur reſiſtentia, niſi ſuperatis proſtata et ſphinctere, et intra veſicam non nihil adacto, non ſuperanda cathetere, ſed iniectione. Facilius ſequuntur gangraena, abſceſſus.

CYSTOSPASMVS q).

Veſicae iuxta pubem tumor durus, iſchuria cyſtica, obſtipatio, febris. Paſſio grauis ſaepe in ſphacelum tranſit, eryſipelas criticum: alternat cum cyſtocatarrho, (purpura ſcorbutica).

VRETHRITIS. Dolor vrethrae, aut totius penis, initium ſaepe inflammationem prodens.

HAEMATVRIA. *Mictus cruentus auctor.* Haemorrhagia, paſſiua vtplurimum, per vias vrinarias: humor effluens aut ſanguinis, aut commixtorum, vrinae, ſeminis, ideam ſiſtit. Huc cyſthaemorrhois, *haemorrhoides veſicae auctor.*

PYVRIA.

q) KLEIN int. clin. p. 254.

PYVRIA. Apocenoſis vrinaria: humor effluens coloris, conſiſtentiae, et contentorum variorum (citra ſanguinem). Huc cyſtocatarrhus, ſeu *haemorrhoides veſicae mucoſae*, *catarrhus veſicae* auctor. [r]).

DIABETES. Apocenoſis vrinaria cum corporis colliquatione, febricula, anorexia, ſiti magna, quantitatem potus fere ſuperans, mictio ſaepe poſt paruam potus copiam ſumtam ſtatim eueniens: vrina limpida, aquoſa [s]).

ENVRESIS. *Eneureſis* VOGEL. Vrinae parum, aut omnino non abnormis, mictio, inuoluntaria, ſaepe ſubiectis inſciis, abſque veſicae ſtimulo accidens.

BRADYSVRIA. Irritabilitas telae celluloſae totius corporis, e ſtimulo ad emittendam vrinam, ſub voluntaria retentione. Oculorum turgor, epiphora, coryza breuiſſimi temporis, ſpaſma, pleurodyne, anxietas, pedum motus inuoluntarius, dein vrina voluntarie emiſſa ſub corporis ſuccuſſione quadam, aut enureſis.

DYSVRIA. Difficilis et dolorifica, guttata et ardens ſaepe mictio. Huc *ſtranguria auct.* ſeu dolorifica mictio guttata.

ISCHVRIA. Vrinae retentio:

a. *Spuria.* Lumborum dolor, punctorius, obtuſus, grauatiuus: abſentia ſtimuli et conaminis mingendi, et protuberantiae in hypogaſtrio et viciniis, veſicae contractio, collapſus, catheteriſmo vel exploratione (digiti in anum immiſſione,) cognita, catheteriſmus citra vuulae phlegmaſiam fruſtraneus, nihil lotii educens.

α. Renalis.
β. Vreterica. } Signa dicta [t]).

b. *Vera.*

r) Cf. catarrh., quorſum potiſſimum pertinet.

s) Haec *vera.* *Spuria* eſt, quae vrinam ſiſtit varii coloris craſſam Cf. Cl. STOELLER obſ. I.

t) Inter vtramque limites certi ſtatui vix poſſunt, quum vix vretericam inducat, quod renalem non excitet, et ad ſuum morbum relata vtraque eamdem admittat medendi methodum, citra damnum limites ſtatui non poſſunt.

b. *Vera.* Senſus ponderis in hypogaſtrio, pube, perinaeo, perceptus, ad mictionem, irritam tamen ſtimulus (niſi veſicam teneat ſtupor vel pareſis), protuberantia ſupra os pubis magna u), ad attactum dolorifica x), natiuam veſicae figuram referens y), niſi lotio referta admodum ſit, ſubfluctuans, vrinâ ſponte aut arte emiſſa, euaneſcens, detectio tumoris inſoliti, mollis, cedentis, immiſſo in anum aut vuluam digito, loti effluxus ſub profundiori catheteriſmo niſi adſit vuulae phlegmaſia, tumor notabilis ad muſculorum rectorum infernorum latera, ad inguina, ſcrotum aut intra vaginam, perinaeum; interdum (ſed raro) protuberantiae hypogaſtrii alia additur, huic ſimilis, ſaepe minor, interdum maior, illius imo vices ſupplens.

a. Veſicalis. Liberum iter ad veſicam vſque.

b. Vrethralis. Obſtaculum, in vrethra obuium, maioris momenti.

Vtrique, *ſpuriae et variae*, ſuperuenire ſolent: anorexia, cardialgia, nauſea, vomitus, ſapor vrinoſus in ore, anxietas, ſingultus, agrypnia, febris, cachexia, corporis tumor hydrops, foetor vrinoſus, paſſiones ſoporoſae, delirae, conuulſiones, ephidroſis frigida, vomitus vrinoſus, humoris vrinoſi effluxus e mamma, rel.

DYSMETRORRHOEA. *Dyſmenorrhoea* SAGAR. Catameniorum emanſio, obſtructio, ſuppreſſio, dolorifica, lumbago, dyſpnoea, anxietas, palpitatio, cephalalgia, rel.

HYSTERALGIA. Dolor in regione vteri, citra phlegmaſiam, parturiendiue niſum.

METRITIS. Phlegmaſia vteri: tumor, ardor, grauitas, dolor in regione vteri, os vteri vehementer calens, retractum, durum, clauſum, non fert attactum abſque dolore: dolor ad inguina, femora, diaphragma, imo clauiculas

u) Minus patet protuberantia, ſi veſica contracta, indurata parum extendi poteſt, aut in fugaci a calculo veſicae iſchuria.

x) Abeſt prorſus aut fere dolor in iſchuria, quae eſt a veſicae pareſi, ſ. ſtupore, anaeſtheſia.

y) Alienam figuram inducunt conformatio, cyſtocele, rel.

culas extenſus, cum dyſpnoea, ſymptomatibus pleuritidis, nauſea, vomitione, ſingultu, obſtipatione, iſchuria vel dyſuria, horrore perpetuo, cephalalgia, maſtodynia, menſtruorum vel lochiorum ſuppreſſione, frigore extremorum, anxietate, alyſmo, oculorum languore, abiectione, animi deliquiis, paraphroſyne, paraphrenitide, ſopore, tetano, catalepſi, conuulſione. Pyrexia actiua, paſſiua, febris continua, ſynochus ardens, lipyria, amphimerina.

Variant ſigna per locum z):

a. *Vteri caui, fundi.* Dolor ſummus, vt ne exterius quidem (in abdomine) tangi patiatur.

b. *Partis poſterioris.* Dolor lumborum, obſtipatio ſtercoris duri.

c. *Partis anterioris* et inferioris regionis: vrinae difficultas.

d. *Partis lateralis.* Dolor inguinum, crura difficulter mouentur.

METRORRHAGIA. Sanguinis ex vtero, aut vagina excretio nimia. Signa ſpaſmi, haemorrhagiae, actiuae, paſſiuae.

ABORTVS. Cum ſignis grauiditatis et partus, fetus non vitalis excluſio ex vtero. Metrorrhagia, rigor, horror, cum aeſtu volatico, inappetentia, nauſea, dein laſſitudo, lumbago, palpitatio, lipothymia, ſyncope, hyſteralgia grauatiua ad inguina, frigus genitalium, teneſmus, vteri conatus ad excludenda contenta, interdum conſpicuus in hypogaſtrio tumor, ſubitanea mammarum extenuatio, flacciditas, cum galactirrhoea ſeroſa; tum hyſteralgia ſpaſmodica, teneſmus acrior, metrorrhagia maior cum lipothymia, ac ſyncope, extremorum frigore, mentis deiectione, aeſtus et rigor alternant, cephalalgia, hypogaſtrii delapſus, aquarum et fetus (immobilis) excluſio.

COL-

z) AETIVS tetr. IV. Serm. IV. c. 78.

COLPOSIS. Phlegmaſia labiorum vuluae, nympharum.

LEVCORRHOEA. Apocenoſis ex vtero, aut vagina, flaui, albidi, ſeroſi, mucoſi, humoris: vrina ſedimentum album, crudum, pituitoſum, aut eiuſmodi flocculos ſiſtens.

NYMPHOMANIA. Feminarum effraene concubitus deſiderium.

STERILITAS. *Acyiſis* VOGEL. Conceptus impeditio.

HYDROMETRA. Muliebris hypogaſtrii tumor, ſucceſſiue creſcens, preſſioni cedens, fluctuanſue, vteri figuram referens, ab iſchuria et grauiditate diuerſus: borborygmi, in ambulando grauitas, dyſpnoea, faecum graueolentia inſolita, catameniorum turba aut ſuppreſſio, dolor abdominis, lumborum, hypochondriorum, inguinum, pollutio nocturna, rigor, ſaepe febris paſſiua, phlegmatia, mammarum mollities.

PHYSOMETRA. Feminini hypogaſtrii conſtans permanenſque tumor, leuis, elaſticus, vteri ſedem et figuram referens.

GRAVIDITAS. Feminae, annorum XIV-XLVIII., coitum foecundum, expertae, partu fetus terminanda, abdominis intumeſcentia, in axi hypogaſtrii prominens, ſenſim adſcendens, vmbilici demum protuberantia: menſtruorum iam citra morbum abſentia conſtans, os vteri molle, fere clauſum, rima alias tranſuerſa, iam fere circularis, dum labium poſterius, alias breuius, deſcendit, vaginae vteri elongatio et ampliatio, incommoda varia, etiam ſingularia, carnium faſtidium, pica, nauſea, vomitus, cephalalgia, vertigo, lipothymia; motus embryonis ſuo tempore, galactirrhoea ſeroſa. (Cf. ſcript. obſtetric. ſi haec rite definita cupis.)

PARTVS *inſtans*. Signa grauiditatis praegreſſa, abdomen ſuperne detumeſcens, tumor inferius auctus, ſtimulus ad aluum et vrinam, dolores dorſi et lumborum, per interualla aucti, intenſitate et duratione perpetuo aucti, ordinario

dinario recurrentes, ſub quibus abdomen magis indureſcit, atque os vteri in rotunditatem aperitur, tenditurque, ex quo rotunda veſica, aquis repleta, protruditur, ceſſante dolore, os vteri, ea veſica, et abdomen, tenſione remittunt, dein veſicae ruptura, aquarum effluxus, fetus tranſitus per os vteri, vaginam, donec editus ſit, ſecundinarum excluſio, lochiorum effluxus [a]).

DYSTOCIA. Partus difficilis, laborioſus admodum. Signa partus inſtantis, et pro ſpeciebus varia.

DYSLOCHIA. Lochiorum:

a. *Sanguineorum;*

b. *Alborum*, emanſio, ſuppreſſio.

PHYSCONIA. Totius fere abdominis, aut eius partis notabilis et conſtans, a partibus ſolidis intumeſcentia, a hernia, et grauiditate in feminis, diſtincta.

a. *Hepatica.* Tumor, tenſio, durities, dolor hypochondrii dextri, thymos, anorexia, alyſmus, dyſpnoea, aurigo, *iſchocholia* ſ. excretio bilis per aluum ſuppreſſa.

b. *Splenica.* Tumor in ſede lienis, ſplenalgia, thymos, dyſpnoea, color pallidus et luridus, non raro haematemeſis.

c. *Renalis,* Tumor in regione renum, iſchuria renalis, pyuria, vomitus frequentes.

d. *Vterina.* Tumor durus in hypogaſtrio feminino, mutatio ſitus et figurae orificii vterini, hyſteralgia.

e. *Ouarii.* Tumor et dolor in regione ouariorum, grauiditatis vterinae abſentia, ſterilitas.

f. *Meſenterica.* Tumor, dolor, in medio abdominis, adpetitus ciborum, albi et veſicae muniorum vigor.

g. *Inteſtinalis.* Tumor in medio (ad latera) abdominis, ſub palpo tumores varii, excretiones ſuppreſſae, obſti-

a) Saltem vt poſſint aliae paſſiones a grauiditate et partu diſcerni, grauiditas et partus commemorari debent, niſi huc pertinere putes: ſed huc pertinent vtique, tum vt paſſiones, tum vt aegrotationes.

patio pertinax, vomitus, dolores abdominis obſcuri, color luridus, atrophia.

h. *Omentalis.* Tumor ad regionem omenti indolens, plerumque mobilis, color luridus corporis, phlegmatia, aluus obediens.

i. *Polyſplanchna.* Concurſus phyſconiae plurium viſcerum b).

HERNIA. Ectopia partis ſolidae, mollis, abdominalis.

a. Peritonaeocele. Hernia, ſub laxato peritonaeo eueniens.

b. Peritonaeorixis. Hernia, ſub peritonaei ruptura contingens.

c. Perionaeocelerixis. Hernia ex ſpecie a. et b. compoſita c).

PHIMOSIS. a) Praeputii et ſaepe ſimul glandis, tumor inflammatorius, ſtipatus et b) Praeputii adducendi aut reducendi difficultate.

PARAPHIMOSIS. Praeputii retro coronam tumor, vt adduci non poſſit, dyſuria.

GONORRHOEA. Apocenoſis e genitalibus:

a. *In viris:* apocenoſis puriformis aut ſeminiformis ex vrethra ſtillatitia.

b. *In feminis:* apocenoſis puriformis aut genituram ſimulans e pudendis extremis, glandulis eiuſdem.

EXONEIROSIS VOGEL d). *Pollutio nocturna auct.* Inuoluntaria, ſaepe et iniucunda, geniturae in vtroque ſexu ex erectis, turgidis, genitalibus profuſio.

SATYRIASIS. Effraenis, impudenſque, in viris obuia, veneris cupiditas, cum libidinoſa penis tentigine.

IM-

b) Omnis phyſconia ſupponit ſitum viſcerum conſuetum, digitorum exploratione adhibita. Ad vterinam referre poteris grauiditatem, modo hanc a dicta diſtinxeris, et ſignorum memor fueris, vt et reliquas diſtinguas. Grauiditas ouarii, tubaria, vere huc pertinet.

c) Cf. ectop. Sumitur etiam pro tumore molli, herniae ſenſationem excitante, hernia ſpuria.

d) N. 120.

PRIAPISMVS. Ingrata, libidinis expers, breuis, ſaepe reuertens, dolorifica, penis erectio.

IMPOTENTIA. *Agenesia* VOGEL e). Prolem generandi vis, viro denegata, *ob defectum:*

a. *Erectionis congruae.*

b. *Eiaculationis debitae.*

c. *Seminis fertilis.*

d. *Congruae penis formae*, quoad longitudinem, craſſitiem, numerum.

AEDOPSOPHIA. Flatuum e genitalibus emiſſio ſonora.

IIII. AD PERIPHERIAM CORPORIS ET EXTREMITATES RELATAE PASSIONES.

N. Commemorandae iam ſunt *myoſitidis* et *rheumatiſmi ſpecies.*

a. Cephalica. *Myoſitis capitis.* Cephalaea immanis citra delirium, maxime ad ceruicem et partem capillatam, vt adfecti ob vehementiam furant.

b. Pleurodyne. *Pleuritis ſpuria. Myoſitis pectoris* BOERH. f) MORGAGNI g). Dicta ad pectoris paſſiones.

c. Spaſma, *rhegma, tilma Graec.* h). Myoſitis, pleurodyne dorſalis.

d. Myocoilitis VOGEL. Myoſitis abdominalis: ſigna peritonitidis.

α. *Hypochondriaca dextra*, ſ. *hepatica.* SAUV. *hepatitis muſcularis.*

Signa myocoilitidis: tumor in regione hepatis pulſans, extenſus vltra hepatis limites et ſupra coſtas, abſentia tuſſis, dyſpnoea, vomitus, ſingultus.

β. *Epigaſtrica.* SAUV. *gaſtritis muſcularis.*

Signa myocoilitidis in regione epigaſtrica, ſigna fere gaſtritidis, tumor tamen magis apparens et circumſcriptus,

e) N. 283.
f) Aph. 878.
g) L. c. XXI. 36.
h) v. SWIETEN C. I. 345. VOGEL n. 479.

ſcriptus, maior cutis ſenſibilitas, tactu apparens: gaſtritis facile ob tumorem, preſſionem, calorem, ſequitur.

e. Lumbago. Myoſitis lumbaris: trunci erigendi difficultas.

β. *Pſoadica* i). Myoſitis pſoadica: lumbago, impotentia, femur extendendi.

RHEVMA, *rhoos*, *rhus*, *rhyſis*, *rheumatiſmus*, *arthritis*, *rheumatiſmus arthriticus*, *febris rheumatica arthritica auct.*

Phlegmaſia, actiua, paſſiua, ad aponeuroſes: ſpontaneus, vagus, fixus, periodicus, continuus, conſtans, ad articulos et iter aponeuroſeon, oriundus, a calore lecti auctus, dolor cum tumore: febris poſt tumorem remittens, crampus, impotentia motum partis ſuſcipiundi.

a. *Calidum:* tumor rubicundus, calidus, tenſus, febrilis.

b. *Frigidum:* his notis deſtitutum.

a. Iſchias k).

Rheuma coxendicis, cruris, et tibiarum, ad faſciam latam, ſtandi, progrediendi difficultas, claudicatio.

α. *Poſtica:* dolor fixus in coxa, maxime ad maiorem femoris trochanterem, qui ſurſum ad os ſacrum, deorſum per exterius femoris latus, ad poplitem vſque, ſe extendit, raro in poplite deſinit, ſed plerumque a poplite per capitis fibulae exteriora declinans, in priorem cruris partem deſcendit, quam, ſecundum exterius ſpinae tibiae anterioris latus, percurrens, ante malleolum exteriorem, in pedis dorſo deſinit.

β. *Antica*, fixum dolorem in inguine habet, et per interiorem femoris et ſurae partem propagatur.

b. Rachi-

i) SYDENHAM. op. I. SAUV. ſp. 6.

k) *Neruoſa* COTVNNI I. pec. §. 3.

b. Rachirheuma. Rheuma ad ſpinam dorſi. Contractio trunci corporis ad anteriora, erigendi impotentia.

c. Cedma. VOGEL. l).
Rheuma ad oſſa pubis, genitalia.

d. Gonorheuma, *gonagra auct.*
Rheuma ad genua.

e. Podorheuma, *podagra auct.*
Rheuma ad pedes.

f. Chirrheuma, *chiragra auctor.*
Rheuma ad manum.

g. Panaritium. *Paronychia.*
Rheuma ad extremum digitum, dolor perterebrans, calor vrens, tenſio maxima m).

OSTEOCOPVS. (Rheuma ad perioſteum; potiſſimum internum).

Dolor conſtans et notabilis circa partem ſolidiorem oſſium cylindricorum, preſſione non exacerbans, a lecti calore quoque auctus.

GONGRONA. Crampus. Phyſaſpaſma ſeu *ſpaſmus flatulentus, auct.* HELMONTII. Muſculi vnius alteriuſue ſubito accedens et recedens rigiditas, dolor ſaepe atrox in artubus, vel in collo, mobilitas ſublata, aut ſaltem imminuta. Spaſmus tonicus, clonicus n).

MYOPALMVS o).

Muſculorum quieſcentium, et eorumdem fibrarum palpitatio, directionem fibrarum manifeſtans, cum ingrata

l) N. 168.

m) Quum nominis confuſione ſaepe res confundantur, atque, ſi his paſſionibus arthritidis nomen imponis, fieri facile poſſit, vt cum aegrotorum damno, confundantur arthritis morbus, deinde adducendus, et arthritis paſſio, e re eſſe credidi, his paſſionibus noua imponere nomina, quae et confuſionem, auerterent, imo variam praeſtarent in explicandis aegritudinibus vtilitatem, quum res ita facilius diſtingui poſſint.

n) *Gongrona* nomen eſt vſitatum ad deſignandum tumorem rigidum, in ſpecie etiam colli, aptius mihi viſum voce *crampi.* Si occupat pectus, oritur pleurodyne fugax, ſed atrox, cum metu ſuffocationis, ſi guttur, angina ſpaſmodica.

o) Comm. litt. Nor. 1731. p. 395. SAUV. *tremor* ſp. 16.

grata ſenſatione, vt adfecti ſitum et locum partis adflictae continuo mutent. Occurrit in toto corpore, digitis, palpebris, abdominalibus, cruralibus muſculis, vbi manifeſtam vidi.

TREMOR. Sub motu voluntario artus, aut totius corporis, praecipue innoteſcens, artus moti, aut capitis, frequenter per breuiſſima ſpatia alternans, motitatio, abſque acuto frigoris ſenſu. — Nonne palpitationi celluloſae tribuendus nimiae?

CARPHOLOGIA. Manuum digitorum, vel tendinum, motus palpitans, tremulus, ſpaſmus clonicus.

a. *Delirantium.* Crocidiſmus *auct.* Eſt manuum digitorum contractio, cum extenſione frequenter alternans, vel ſuffuſioni, muſcas, feſtucas, referenti, tribuenda, vt floccos e veſtibus, paleaſque euellere, colligere aegri ſtudeant, vel ab ingrato manuum ſenſu, quas citra arbitrium mouent.

b. *Spaſmodica.* Subſultus, tremor, tendinum *auct.* Motus palpitans, aut tremulus, vel digitorum, vel ſimpliciter tendinum, potiſſimum iuxta carpum ſitorum, comes febrium, deliriorum.

PANDICVLATIO. Plurium, vel ſucceſſiue omnium, membrorum diſtenſio, plerumque cum oſcitatione, voluntaria, ad ſuperandum ingratum artuum ſenſum.

LASSITVDO. Fatigatio, copos. Ingrata debilitatis ſenſatio, quae excitat quietis deſiderium p).

p) Eſt *naturalis*, poſt exercitia, viribus validiora, eueniens; *praeternaturalis*, praeter *ſpontaneam*, aegritudines praecurrens. Tres a veteribus commemorantur ſpecies. a) *Tenſiua*, *tonodes*, quorſum fere et naturalis, vaſis ſanguiferis diſtenſis tribuitur, quum vis vitalis aliquantum remiſit, vt ſanguis lentius circumeat. b) *Phlegmonoſa*, *phlegmonodea*, *aeſtuoſa*, *oſteocopus*, quae plethorae commotae, ſanguini rarefacto tribuitur: vnde et *febres copodes* HIPP. *aphor.* IV. 31. 74. *Epid.* VI. S. 2. t. 24. *Coac.* t. 642. his ſtipatae. c) *Vlceroſa*, *elcodes*, quae ab acrimonia ſanguinis, cum ſenſu eroſionis quaſi coniuncta ſit, potiſſimum cutis, et carnis, cum membrorum concuſſione, imo rigore. Cf. GALEN. de tuenda ſan. L. 3. c. 5. ſq.

STVPOR ARTVVM. Molesta sensatio cum tactus obscuritate, citra musculi rigiditatem (a vibrationibus membranarum, medullam neruosam ducentium). — Caue, confundas cum stupore neruoso, eclipsi.

TARANTISMVS. Summa saltandi cupiditas, explebilis per modulamina musica, ad certam rationem instituta.

BERIBERIA. Spasmus crurum, vt aegri, genubus retractis, eleuando crura, tamquam oues, progrediantur.

SCELOTYRBE. Motus äbnormis artuum aut laterum, semiuoluntarius, gressu, situ erecto, innotescens q).

LORDOSIS. Ossium directio vitiosa, vt vel protuberent vel excauentur praeter naturam. v. m. anon.

CONTRACTVRA. Anchylosis. Immobilitas in artubus constans, rigiditati plerumque sensim superueniens.

CLAVDICATIO. Vitiosus gradiendi modus, quo crus peruerse mouetur, vel difficulter trahitur, et truncus singulis passibus huc illuc inclinat.

ECTOPIARVM (quae sunt partium solidarum e sua sede dimotiones, continentibus relaxatis, designatae per tumores, dolores, spasmos, febrim, phlegmasiam) species sequentes:

a. EXARTHREMA. *pararthrema, exarthrosis, Graec. Luxatio, subluxatio, distorsio, auct.* Ectopia ossium mobilium.

b. DIASTASIS. *Ossium recessus, auct.* Ectopia ossium immobilium.

c. LOXARTHRVS.
Ossium mobilium obliquitas respectiua citra spasmum aut exarthrema.

INTVMESCENTIAE. Tumores periepherici molles, a fluidis.

a. ANASARCA. Leucophlegmatia *auct.* Cutis totius intumescentia, pallida, non elastica, dyspnoea, lassitudo, inappetentia, febricula, vrinae, tenues, aquosae.

b. PHLEG-

q) Huc *chorea S. Viti* SYDENH.

b. PHLEGMATIA. Oedema *auct.* Intumescentia extremitatum, praecipue inferiorum, non elastica, frigida, cuti concolor, indolens, praeter distensionis sensum in aucta.

c. PHYMA. Intumescentia particularis, solitaria r).

a. BVBO. Phyma partis glandulosae subdurum, subinflammatorium, praecipue in glandulis inguinalibus, aut et axillaribus, rel.

b FVRVNCVLVS. Phyma subdurum, inflammatorium, prominens, sphaeroideum, profunde rubrum, iuglandis magnitudine, cuius centrum occupat vortex fibrosus, qui digeri nequit.

c. ANTHRAX. Phyma, inflammatum in ambitu, in apice gangraenosum.

d. SCIRRHVS. Phyma, subdurum, indolens, frigidum, mobile, cuti concolor, pruritu, (lancinationis sensu) vel pondere molestum.

EXANTHEMATA. Phymata exigua et maculae integumentorum corporis, et membranarum, his continuarum, phlegmasiarum naturam seruantia. Virium prostratio, morbi rationi non omnino tribuenda, horrores, dein calor, dyspnoea, alysmus, anorexia, vomituritiones, vomitus s).

a) ERYSIPELAS. *Febris erysipelatosa, erythema, auct.* Cum febri acuta, amphimerina, eruptio erythematis, seu maculae amplae, subtumidae, superficialis, non suppurantis, desquammabilis, cum dolore calente, rodente: sanguis missus pelle alba tenui, et sat tenaci, tectus.

α. Vulgare.

STA-

r) Huc et phlegmone referri potest.

s) Ad peripheriam corporis, exanthemate, passiones cutaneas, recte retulisse credo, quum ad febres non pertineant maiori iure, quam omnes phlegmasiae, imo febris, quae tum abest, tum varia est, et *vel* communis, comitata, solum cum exanthemate passio, *vel* exanthematis potius symptoma, non potest passioni, exanthemati, nomen imponere, vt dixerunt v. c. febris erysipelatosa.

STADIVM 1. Grauedo, horror, inappetentia, lasſitudo, amphimerina.

STADIVM 2. Die 2. 3. 4. eruptio erythematis, in 4. vſque diem aucti.

STADIVM 3. Tumor, calor, dolor erythematis, epidermis deſquammatur intra dies 4. ſeu humor ſeroſus, ad cutim haerens, in cruſtas tenues reſoluitur t).

β. ROSA u).

Poſt horrorem, rigorem, ſequenti circiter die erumpit eryſipelas, ſummi et ſubitanei in quadam parte rubor et dolor, apud *Germanos* in inguinibus, alis, femoribus, cum praeuio glandularum, axillarium, inguinalium, dolore, in *Anglis* vero et *Gallis*, (nec infrequenter *Germanis*) ſaepius faciem occupat tumor, calore acri, rubore roſeo, cum ſumma cutis tenſione et eleuatione exigua, lata diffuſa, non circumſcripta; febris intenditur cum calore, ſiti, anxietate (non raro linguae albedine, oris foetore).

γ. HIEROPYR x).

Roſa grauior: ſupra eryſipelas eleuantur phlyctaenae, quaſi ab apum inflictu ortae, aqua ſublutea turgidae, poſtea flaueſcentes et crepantes, cruſtam efformantes, criticae. Per frontem, palpebras, capillitium, collumque circumit. Terminatur intra ſeptimanam.

δ. ZOSTER y).

Corporis truncum, et modo thoracem, modo ſcapulas, modo latera et coſtas occupat, ſaepe medium corpus totum, cinguli inſtar complectitur, aut infernum tenet. Subnaſcuntur interdum veſiculae flaueſcentes, ſaepe liueſcentes inſtar her-

t) ERYTHEMA in ſpecie vocatur eryſipelas apyreton.

u) SAUV. ſp. 1. SENNERT. de febr. l. 2. c. 15. SYDENH. S. 6. c. 5. FR. HOFFMANN T. 2. c. 13. v. SWIETEN C. T. 2. p. 400. ELLER de cogn. m. p. 156. QVARIN inſi. p. 110. SELLE pyr. p. 158.

x) SYDENH. I. 173. v. SWIETEN. I. §. 380. II. 623. 400 ſq. de HAEN febr. div. p. 21 ſq. VOGEL. 344. LORRY m. c. p. 179.

y) PLINII H. N. l. 26. c. 11. LANGII ep. p. 110. RVSSEL de tabe gland. p. 125. *Herpes* SCRIBONII LARGI. TVLP. l. 3. c. 44. FR HOFFMANN febr. eryſ. §. 6. et obſ. 6. SAUV. ſp. 8.

herpetis corrodentes. Medium, PLINIO teſte, enecat. Vltimum oedema ſaepe habituale relinquit.

N. Febris eryſipelatis eſt continua, remittens, v. c. tritaeophya; ſemitertiana, teſte FORESTO z).

b. VARIOLA. Variolae HALY ABBATIS *al.*, *Euphlogia* vel *Chaſpe*, RHAZIS.

Deſignant: conſtitutio epidemica, (cui fauent calida et humida tempeſtas, hinc potiſſimum ver et auctumnus,) ſubiecti, hanc paſſionem nondum experti, vſus commercii cum homine, veſtibus, exhalationibus, varioloſis, cruſtarum varioloſarum deglutitio, lymphae, puris, varioloſorum, praegreſſa laeſione integumentorum, in eam inſitio. Signa futuri exanthematis: dein eruptio puſtularum phlegmonodearum, piſi magnitudinem aequantium, ſenſim ſuppurantium, dein cruſtacearum, deciduarum, cum pyrexia plerumque, et puſtularum exhalationibus, odoris ſpecifici, ſubdulcis, in malignis halecini, nauſeoſi. — Symptomata varia, quae tum morbo vario, qui ſubeſt, tribuendae ſunt, tum ab adiapneuſtia, et irritabilitate cutanea pendent.

α. *Diſcretae:*

a. Benignae. 1. *Regularis.* 2. *Inſititia.*

STADIVM 1. *Praeludium.* Signa exanthematis erupturi: cephalalgia cum ſomnolentia in infantibus, capitis tumor, epiphora, (praeſertim ſiniſtri oculi, minus calida, quam in rubeola,) horror, calor, pulſus frequentes, celeres, molles, conuulſio, eclampſia, raro ominoſa. Obſtipatio, vrina turbida, furfuracea.

STADIVM 2. *Eruptio.* Die 3. 4. cum ſudore, aut in infantibus cum eclampſia, eruptio macularum rubrarum, morſui pulicum ſimilium, profundiori rubore in centro punctatarum, acuminatarum, ſenſim increſcentium. Eruptio primum in facie, dein in pectore, tum in manubus, trunco et extremitatibus inferioribus (raro alia ratione) fit, vt primum paucis ſen-

z) L. 5. O. 22.

ſenſim plures ſuperueniant, creſcunt, extuberant, aſperiores fiunt, abit febris, ſi erat. Rubet et cutis ſana, et puſtularum apex ſenſim albeſcit, ſuppuratione, ſenſim ad baſin deſcendente, dum tenuis pars partim exhalat per puſtulas, partim reſorbetur.

STADIVM 3. *Suppuratio.* Die 6. puſtulae faciei palleſcunt, et tumor ſub palpebris oritur. Die 7. in centro, die 8. in baſi, albeſcunt, circulis rubris circumductis. Die 9. flaueſcunt.

STADIVM 4. *Exſiccatio.* Die 10. nitorem amittunt: die 11. cruſta formatur, quibus delapſis remanent in cute foueolae. Die 12. exareſcunt, tumor faciei euaneſcit cum apparente caecitate.

Suppuratio, tumor et exſiccatio, eumdem ordinem ſeruant, atque eruptio. — Fiſſae etiam ſponte die 10 ſq. flauam materiam ſtillant, quae, ad puſtulam collecta, molem ſiccantis puſtulae auget.

N. Numquam intra octiduum finitur. — Pyrexia interdum nulla omnino eſſe videtur, aut tam mitis eſt, vt nullius ponderis ſit. Saepe duplex eſt, alia ſtadii 1. et 2, alia ſtadii 3. et 4. Huius vtriuſque ſtadii, ſunt, qui duas iterum febres ſtatuant, vt in vniuerſum tres ſint: 1) *Varioloſa* ſeu *eruptionis.* 2) *Coctrix*, ſeu *maturationis.* 3) *Purgatrix* ſeu *perſiccationis.* Sed ſufficit duas numeraſſe, vnam ſtadii 3. et 4. quae purulenta eſt. Paſſio enim ratione ſtadii 3. et 4. ad pyogeniam merito reſtringitur, licet ſtadium 1. et 2. ad varium pertineat morbum, cuius etiam in pyogenia memor eſſe debes. Variat febris vtraque, dum vel eſt actiua, vel paſſiua, et continua, ſynocha, ſynochus, typhus, vel remittens, v. c. tritaeophya, (vel hemitritaea SPIGEL. [a]), (vel intermittens) potiſſimum ſecunda [b]).

2. Num

a) De ſemit. l. 2. c. 16 et 21. d. a. 1702. p. 6. HVXHAM op. III.
b) Teſtibus: Vratisl. morb. epid. 29. de HAEN R. M. II. c. 4. p. 90 ſeq.

2. Num variola differt per morbum, qui fubeft, et requiritur, vt paffio oriatur? Ita videtur, tum per pathognomonica, tum, quod variola, v. c. verminofa, aut contagiofa non fit, aut tantum in verminofos c). Num igitur infitio omnino a paffione liberat? Nonne non rara exempla variolae, faepius idem fubiectum corripientis, fic explicanda? Nonne exempla, vbi per contagium nulla comparet variola, fic explicanda, quod morbus nullus excitatus fuerit? Nonne infitio ideo faltem commendanda, quod faepe liceat optimum eligere morbum, qui plethora, phlegmafiam fimplicem praebens, erit? — Nonne pepfis obtinet, dum contagium gratis feu innoxie fufceptum; nonne pepafmus, vbi variola oritur, et pus in puftulis mucofis, lymphaticis deponitur?

3. Diftinctio variolae in difcretam et confluentem proprie nullius eft ponderis, quum per obferuationes vtraque et grauis et mitis exiftat d).

4. COTVNNIVS duas potiffimum fpecies recenfet: 1) *Vmbilicatam*, quae ab initiis, aciculae fimilis, verticem habeat retufum, veluti decurtatum, lenticulae propiorem, quam coni figurae, et foueolam, feu vmbilicum, quafi in centro habeat: variat, vt fit *gangraenofa*, *corruptoria*, *cryftallina*, *verrucofa*. 2. *Vefcularem*, quae vmbilico careat, acrior faepe petechiis ftipata. Degeneres funt *purpuracea*, *violacea*, *nigra*. *Benignam* habet, cuius ambitus eleuatus, circuli forma, circa vmbilicum in abfceffum mutetur, nec foueam, nec cicatricem relinquentem.

5. Num

fq. TISSOT ep. ad HALLER p. 122. ROEDERER m. var. p. 53. f. 1. p. 78. SCHROEDER pr. de var. inf. p. 8. SARCONE l. c. §. 243.

c) Cf. Cl. BEIREIS d. de variolis.

d) Teftibus MEAD de var. p. 16. ELLER l. c. p. 139.

5. Num variolae partes internas aeque corripiant, atque integumenta, in vtramque partem diſputatur a Cl. V. Videntur internae non vere eſſe liberae.

b. Anomalae:

1. *Sanguinea.* Puſtulae ſanguine turgidae e).
2. *Verrucoſa.* Puſtulae verrucoſae, ſeu aggeries puſtularum denſiſſimarum, non confluentium.
3. *Cryſtallina* (*ſiliquoſa* FREINDII). Puſtulae pellucidae maiores, emphyſematicae fiunt, poſt tranſſpirationem puſtularum, et nucleus ater eſt.

   β. *Subalbens* ROEDERERI f).
   Humore leuiter purulento ſcatent, ad caeſium colorem vergentes, puſtulae.

4. *Sebacea* ROEDER. g)
Materia vnguinoſa (ab oleo animali, coctione ichoroſa, ſeu gangraenoſa liberata) turgidae puſtulae.
5. *Ampullis ſtipata* h).
Veſicae maiores, ichoroſae in artubus.
6. *Miliaris.* Puſtulae minori numero, veſiculae denſae, minutiſſimae cum purpura et puſtulis morbilloſis prodeuntes. Symptomata febris malignae (typhi). Interdum puſtulae artus obſident, dum pectus obſident, miliares, petechiae, eryſipelas rubeoloſum, aut pectus obſident, ſero pellucido plenae, cutim tantum exaſperantes.
7. [*Dyſenteriodes* SYDENHAMI i).
Tempore dyſenteriae accidit, et huius indolem ſapit, et facile ex calidiori regimine ſtipatur dyſenteria. Eruptio iam die 8. fit; puſtulae ſunt minoris molis et aſperiores, et ſub finem in apice nigricantes; ptyaliſmus adeſt.]

Has omnes febris maligna (typhus) comitatur. Dyſenteriodes proprie ſolum ad ſepſin pertinet.

β. Con-

e) GESNERS Entd. I. 51.
f) p. 62.
g) l. c.
h) ROED. p. 63.
i) Conſt. a. 1670.

β. *Confluentes, cohaerentes:*

Puſtulae plures ab viciniam coëunt, vt tamen ſuo quaſi ſepto diſtinctae ſint.

a. Benigna. Incedit vt diſcreta benigna, magis periculoſa eſt.

b. Anomalae:

1. *Cryſtallina* k).

STADIVM 1. Febris viuida, diarrhoea ſeroſa notabilis, cephalalgia, ſitis magna, cutis alba, pallida, ſubtumida.

STADIVM 2. Puſtulae minus rubrae, citius creſcentes, et maiores aliis, circulus puſtularum minus ruber, vel pallidus, pellicula veſiculae tenuiſſima, fundus veſiculae pallidus, magnus tumor oedematoſus artuum, demum febris maligna, ſaepe tritaeophya.

2. *Depreſſa* l).

Puſtulae cohaerentes, in apice depreſſae, interuallis miliaribus et petechialibus plerumque; in facie ſaepe vna ſuperficies aequalis: pyrexia maior, exacerbatio longior, fortior, rigiditas tendinum, cutis ardens, arida, etiam ſudoribus non remolleſcens: pulſus duri, parui, vel magni et celeres: oculi nunc rubri, ſcintillantes, prominentes, lucis impatientes, nunc liuidi cum mydriaſi, cephalalgia violenta, niſi delirium, aut coma accedant: conuulſiones in hac frequentiores.

3. *Nigra, haematodes, ſcorbutica* m).

Praeludium anomalae. Eruptio die 2. incipiens, puſtulae parum eleuatae, nigricantes, ſanguinem nigrum fundentes, liuidumue, fundus gangraenoſus, interualla puſtularum atra, febris vehemens, mictus plerumque cruentus, deiectiones alui, vrinae,

k) SAUV. ſp. 10.
l) SAUV. ſp. 11.
m) SAUV. ſp. 12.

vrinae, ſputa, vomitiones, lacrimae etiam quibuſdam ſanguineae; paroxyſmi violenti. Vtplurimum mors die 2. v. 3.

4. *Corymboſa* [n]).

Aggeries puſtularum denſiſſimarum, potiſſimum in facie, proprie non confluentium: interualla puſtulis deſtituta, ſymptomata malignarum [o]).

N. In inſititia variola comparent puſtulae diebus ab inſitione 11., febri die 7. conſpicua. Tenuis lympha aeque, ac pus, imo hoc fere melius variolam producit, teſte DIMSDALE.

VARICELLA. Variola notha. Variola breuioris decurſus.

1. Emphyſematica. (Germ. *Windpocke*) variola, aërem continens.

2. Lymphatica, cryſtallina (Germ. *Waſſerpocke*) variola aquoſa.

3. Verrucoſa. Deſtituta febri maligna.

a. *Acuminata.* (Germ. *Spitzpocke*).

b. *Sicca.* (Germ. *Steinpocke*) variola durior.

c. *Dura oualis.* (Germ. *Schweinspocke*).

Varicella poſt breuem febriculam erumpit; puſtulae, non ſuppurantes, poſt paucos dies in ſquamulas deſinunt, nulla cicatrice relicta [p]).

RVBEOLA [q]):

1. Regularis.

STADIVM I. *Praeludium.*

Praecedunt ſymptomata catarrhalia, tuſſicula, ſternutatio frequens, epiphora calida (magis, quam in variola) febris; his perdurantibus: quae incidunt in ſubiecta, quae hanc nondum paſſa ſunt, et vel contagio rubeolae expoſita fuerunt, vel quibus inſita fuit, dum vul-

n) SAUV. ſp. 13.

o) Cel. LORRY p. 184. tr. de m. cut. variolam notham, varicellam, ad eryſipelas refert, veram variolam ad phlegmonem quoniam hae vt phlegmone abeunt in ſuppurationem.

p) Cicatrice tamen. Comm. Lipſ. XII. 149. XVIII. 60.

q) HALY ABBATIS *pract.* l. 3. c. 1. *Blacciae.* AARONIS interp. *Alureſchin Maahah: Arabum. Morbilli Latinobarbar. Roſeola* CASTELLI lex. med.

vulnuſculo vtriuſque brachii ſublimi goſſypium, furfure morbilloſo repletum, impoſitum fuit. Atque haec quidem ea lege contingunt, vt ſaepe die 1. horrorem ſequatur calor, ſenſim creſcens: vt, ſi tuſſis vehemens ſit, epiphora ſit mediocris, ſicut et ſternutatio, et contra: facies tumet, vt palpebrae, vnde oculi difficulter aperiuntur, nec lucem facile ferunt, qui ſint rubicundi; ad alas naſi pruritus. Praeterea virium proſtratio, carebaria, pleurodyne, dolores faucium et lumbago adſunt, cum anorexia, vomitu, ſiti, lingua alba, colica, diarrhoea, delirium, epiſtaxis, raro eclampſia.

STADIVM 2. *Eruptio.*

Die 3. vel 4. ſequitur eruptio papularum, numeroſarum, pulicum morſus aequantium, primo die cutim ſupereminentium (quod niſi viſus, certe tactus docet) ſecunda vero cuti aequalium, latiorum, irregularium figura. Primo faciem, dein truncum et extremitates occupant, vbi cutim non ſupereminent: pars intermedia faciei ſolito magis rubet. Ab eruptione ſymptomata non mitigantur, imo, excepto vomitu, increſcunt facile, vt febris, dolores, reſpirationis difficultas. Die 6. vel 7. rubor faciei imminuitur, cutis frontis et faciei aſpera eſt tactu, et papulae per cutis deſquamationem ſeparantur, dum eae trunci tum adhuc magis rubent. Die vero 9. in toto corpore papularum nihil ſupereſt, praeter furfura.

STADIVM 3. *Sequela.*

Non raro iam febris denuo increſcit, cum maiori reſpirationis difficultate, tuſſi, vt peripneumonia vel pleuritis aut metuenda, aut iam praeſens ſit. Haec mitigat diarrhoea mediocris, nec admodum longa, longa vero hecticam, phthiſin, arceſſit. Huius vices et bene ſubit ephidroſis debita. Epiſtaxis tollit cephalalgiam, oculorum et faucium adfectus.

2. Anomala [r]).

Signa

r) SAUV. ſp. 2.

Signa benignae: tamen eruptio lenta, quae fit die 5. 6. 7., aut celeris ante diem 4.: ſymptomata tum praeludii, tum eruptionis grauia: exanthemata ab humeris et trunco incipiunt. Sequelae periculoſiores. Ad ſymptomata praeludii, praeter ea benignarum, pulſus frequentes exiles, reſpiratio frequens et breuis, hypochondriorum oppreſſio, vrinae pallidae, ſopor, ſubſultus tendinum, ſpaſmi, deliria cum oculorum rubedine, aquoſitate, palpebrarum grauitate, punctura cutis dolorifica; accedit angina cum raucedine clangoſa, tuſſis moleſta, ferina, in qua pueruli veluti ſuffocantur, nigreſcunt facie, ingeſta euomunt. Succedente tum eruptione paſſio mitior euadit, et febris homotona vſque ad exſiccationem papularum perdurat. Sequelae ſunt peripneumonia morbilloſa; vel diarrhoea, acris, torminoſa, dyſenterica, periculoſa, vel febris hectica per tuſſim, dyſpnoeam; vel phlegmatia et anaſarca, vel ophthalmia: quae omnia curationem, rubeolae affinem, expoſcunt.

3. Variolodes [s]).

Praeludium morbilloſum: eruptio papularum acuminatarum, maiorum, quam in rubeola vulgari, repletarum lacteo humore, qui quotidie ſpiſſior fit, quae ſui veſtigia relinquunt, in farinam faceſcunt.

N. Nonnumquam puſtulae in ſquammas non abeunt, ſed inſenſili modo, bono aegrotorum habitu, euaneſcunt [t]).

2. Febris tum eſt continua, tum remittens, tum intermittens.

3. In inſititia febris comparet die 6. 7., eruptio poſt dies 3 [u]).

SCARLATINA.

α. Benigna. PLENCIZ.

STADIVM I. Symptomata exanthematum: laſſitudo, virium proſtratio, mox horripilatio, calor, febris. Die

1. 2.

s) SAUV. ſp. 3. DVBOSQ *de la Robardiere.*

t) Id teſtantur SYDENHAM. I. p. 520. et SELLE l. c. p. 155.

u) Comm. Lipſ. XV. 590.

1.2. ſubinde et tardius, erumpunt maculae rubrae, plus minus latae, ad ſe mutuo interdum accedentes, vt vniformem per corpus ſcarlatinae colorem videre liceat, primo in facie, collo, faucibus, pectore; dein in dorſo, abdomine et reliquo corpore, coloris primis diebus cinnabarini, die vero ab eruptione 3. aut 4. pallidiora ſenſim eodem ordine, ac eruperunt, euaneſcunt. Die vero 6. aut 7. ab eruptione plerumque in manibus et pedibus prodeunt papulae, ſeu puſtulae, ſatis numeroſae, emphyſematicae, ſenſim latiores, miliaria alba, aut variolas lymphaticas referentes, quae aucto volumine fundamentum praebent deſquammationi. Deſquammatio vero plerumque conſequitur, dum cutis in facie, collo, pectore, maxime vero in extremitatibus abit in lamellas ſat longas, latas et denſas, quae pro ſcarlatinae gradu variat.

STADIVM 2. Plerumque, diebus 15. 16. 20. elapſis, ſequitur tumor leucophlegmaticus, aut phlegmatia, ſi compareat, quod tamen in benigna rarum eſt.

β. Maligna. PLENCIZ.

STADIVM 1. Symptomata benignae, at grauiora: praeterea cephalalgia, ſopor, delirium, niſus ad vomitum, imo vomitus, ob ventriculi adfectum, et lipothymiae; febris et ſitis magnae, anxietates, vigiliae; eruptionis ſcarlatinae tempore fauces dolent, tument, rubent, nimirum palatum, tonſillae, vuula, lingua, larynx, pharynx, vt aegri nec deglutire, nec loqui, nec reſpirare poſſint, niſi praeſentaneum adferatur auxilium, breui ſuffocati. Diutius haec habitum cutaneum occupare ſolet, ad 6. vel 7. protrahitur. Ante vero, quam euaneſcat, vna alteraue die exſurgunt phymata, miliaria alba referentia, maiora et ampliora ſpatio, hinc ſimilia variolae ſpuriae lymphaticae, quae poſt biduum flacceſcunt et collabuntur, vnde oritur deſquammatio. Color macularum purpureus.

STADIVM 2. Die 14. 15. aliquando et tardius a difpulfa fcarlatina aegrotus incipit fieri languidus, debilis, morofus; tandemque facie, manubus, pedibus, abdomine, fcroto, corpore dein vniuerfo intumefcere incipit. Vrina pauca, plerumque cruenta, aut loturae carnium fimilis. Tumor, in facie ortus, per totum corpus ferpit: tantus interdum, vt nec pedibus infiftere, nee progredi poffit aeger. Quo maior defquammatio, eo maior tumor, (eft tamen et in illis, qui defquammationem paffi non funt). Facilius infantes, magifque hieme, et aërem liberum cito ingreffi, tument. Ex hoc tumore plures, quam ex fcarlatinae ftadio 1. moriuntur.

N. Ad fymptomata maligna pertinent: epiftaxis, tuffis, ftomacace, fternutatio molefta, *glandularum colli*, parotidum tumor, obauditio, aut furditas, purpura alba, aut rubra, vel comes, vel pedifequa: dein et varii abfceffus. Aliquando et in leuiori omnino adfectu die 7. aut 8. aut tardius, aegri fiunt inquieti, mox conuelluntur, delirant, triftes clamores edunt, et continuo e lecto exfilire nituntur: qui malus ftatus in quibufdam ad horas aliquot, in aliis ad aliquot feptimanas producitur, virefque vitamque exhaurit.

γ. Variolodes x).

Poft epidemiam varioloden comparet cum praeludio variolarum; paffio intra dies 3. recedit, fola rubedo trunci, quafi cancri cocti, fupereft. Puftulae cito exficcantur, nec fuppurant, nec cruftas, nec maculas rubras, relinquunt.

N. Febris tum eft continua, tum remittens, tum intermittens, in omni fcarlatina y).

VRTI-

x) SAUV. fp. 5. Journ. de med. Juill. 1763. p. 275.

y) Eft et fine febri fcarlatina. GESNER. B. I. 179. fq.

VRTICARIA CVLLENI [z]).

Symptomata exanthematum mitiora: febris plerumque ephemera, deinde cum multo pruritu et cutaneo rigore pustulae, quasi ab vrticae punctura, prurientes, albae, circulis rubris circumductae, vel coloris ex pallido rosei, cutim paullulum supereminentes, interdum protuberantiis fere erysipelaceis, et asperitate serpiginosa, primo in facie, deinde in trunco, rel. comparent. Intra remissionem interdum euanescunt, redeuntes cum exacerbatione vespertina. Post 3. vel 4. dies cessant, et minutissimae squamulae ex cute secedunt.

Febris est ephemera, amphimerina, tritaeophya, tritaea [a]).

ESSERA. Porcelaine SAUV. [b]).

Symptomata exanthematum vix conspicua, pyrexia vel nulla, vel parua: eruptio macularum latarum, discretarum (ardentium), in diuersis corporis partibus subito erumpentium. Cuticula eleuata post diem 1. aut 2. exsiccatur et frustulatim abit.

SAUVAGESIVS vidit huius exanthemata pollicaria diametro, ex intense rubris demum albescentes.

MILIARIS. Febris esserosa ZACVTI LVSITANI, puncticularis, culicularis, purpurata, miliaris, purpura *Auct.*

α. Benigna. ALLIONI *simplicissima.*

1. *Ante eruptionem.* Die 1. horror sine calore insolito sequente, febris lenissima, pulsus depressi, duriusculi, vrina sana, nullus dolor, nec sitis, viget appetitus, sudor importunus. Die 2. pulsus celeriores, densi, fortes, inordinate salientes, et vrina aquosa, metus et tristitia, scrobiculi cordis compres-

z) *Febris vrticata* SELLE. 156. VOGEL p. 115. SAUV. *scarlatina* sp. 2. *vrticata. Purpura vrticata* IVNCKER tab. 74. p. 599. MEYZEREY mal. des arm. T. 2. p. 251. febris erysipel. sp. 2. SYDENH. s. 6. c. 6. GESNER. Beob. I. 131 sq.

a) Solum in latere dextro. GESNER. l. c.

b) VOGEL p. 114.

pressio, suspiria cogens, subitanei motus inuoluntarii, sensus stuporis cuiusdam pungitiui in digitis (*Krampf*, seu corrupte, *granf.*), somnus interruptus, sudores, acidum corruptum olentes, assidui, cum pulsu magis contracto. Die 2. 3. vel 4., raro serius, sudoris impetus, alterni horrores et calores, praecedentibus puncturis, nec raro pruritu in collo, pectore, dorso, raro in facie efflorescunt, rubrae aut albescentes minutae pustulae.

2. *Post eruptionem.* Hae pustulae cito grandescunt, limpido sero replentur, basi inflammata, vbi cutis plenior et tumefacta persentitur. Intra horas 30. fere absoluitur eruptio, symptomata conuulsiua mitescunt, euanescunt, sudor imminuitur, vrinae colorantur. Die 7. pulsus molles, aequales, exanthemata exsiccantur, cuticula squammatim decidit.

β. Maligna. ALLIONI *acutior.*

Symptomata benignae: sed conuulsiua ab eruptione increscunt; febris maior, vrinae tenues, aqueae, lingua albida arescit, agrypnia, cephalalgia distensiua, calet et inflammatur cutis, sudores minuuntur. Die 3. eruptionis omnia grauiora, febris ardet, pulsus duri, celeres, tendinum subsultus, sudores euanescunt, pustulae subsident, calor vrens, cutis scabra fit, vrina aquosa copiosissima, aegri inquieti, sitibundi, morosi, queruli, loquaces, quoquouersum se iactant, dein delirant, conuelluntur; aluus, huc vsque dura, biliosa foetida egerit; si redeat sudor, dicta saeuities erumpentibus iterum pustulis mitescit, sequenti die copiosiora erumpunt exanthemata, maioraque fiunt, prima vero incipiunt exsiccari. Haec post 2. 3. dies iterum accidunt, vt 3. 4. exanthemata pari molestia superueniant, vt ante diem 14. aut 20. non in vado sit salus.

Si malus exitus promte secuturus est, his se adiungunt delirium, conuulsiones, lacrimarum profusio,

fuſio, moeror inſolitus, loquacitas, caligo, viſus duplicatus, ſtrepitus inter potandum, eclampſia ,aſphyxia, mors.

N. Febris eſt continua, remittens, intermittens.

2. Non eſſentialiter differunt miliaris rubra et alba, quum vtraque et grauis et lenis interdum adpareat, teſtibus ALLIONI, SELLE, BAVTEILLE.

3. Diſtinguitur et in primariam, criticam, et ſymptomaticam, quarum illa adeſſe ſtatuitur, dum exanthema ad minimum die 11. adparet, haec vero potius comes alius paſſionis eſſe ſtatuitur, et progenies eſſe calidae nimis medendi methodi.

4. Cel. SAGAR: c) „non fido, inquit, pro certo affirmare, aſt opinari audeo, quod forſan omnium miliarium cauſſa ſint vermes cum ſua ſaburra in primis viis nidulantes; nam odor infantum verminoſorum ex ore et odor ſudoris miliaris aequales ſunt aceti corrupti vappidi; quod vero hinc infantes febrientes multo rarius, licet quaſi ſoli verminoſi miliaribus maculentur, ratio eſſe videtur, quod hi lympham, miliares veſiculas replentem ſudoris forma emittant per rariſſimum ſuum reticulum integumentorum, obſeruamus enim conſtanter, quod ii, qui multum ſudant, paucas habeant papulas miliares, vel plane nullas; inſuper in calidis regionibus rara ſunt miliaria, quia in illis plus ſudant homines d). „

5. Nouus adfectus circa annum 1650 primum comparuiſſe dicitur in puerperis Lipſienſibus, vnde poſtea latius ſerpſiſſet e).

PEMPHIGVS f).

α. Externus g).

c) Noſol. p. 590.
d) v. SYDENH. T. I. p. 384.
e) Cf. ALLION. p. 3 ſq.
f) SAUV. et VOGELII p. 116. febris bulloſa SELLE p. 161.
g) SAUV. ſp. 1 et 2. maior ſ. Caſtrenſis. Hydatides C. PISONIS obſ. 147. 149. Febris veſicularis catarrhalis. DELII amoenit. ſp. THIERY med. exp. p. 134.

Pyrexia acuta, die 2. vel 3. eruptio veſicularum pellucidarum flaueſcentium, ſeroſarum, nucis auellanae magnitudine in cute erumpentes, quibus ruptis, atque effuſo ſero ſuccedunt amplae maculae, atrae, rubrae, cruſtis epidermidis nigricantibus circumdatae: paſſio intra duas ſeptimanas terminatur.

β. Internus h).

Anno 1752. epidemicus in valle Simmia, contagioſus. Inuadit cum dolore leui, tenſiuo, vix perceptibili, in faucibus et externe pone aures, vſque ad thoracis partem anticam, cum horrore, nauſea, frigore, calore vix ſubſequente. Collum externe plerumque intumeſcit, interne in faucibus, circa vuulam et pharyngem, bullae, aut puſtulae, magnitudine circiter auellanae, ſine magno dolore oriuntur, quae ichorem flauum, ingrati admodum odoris, in ſe continent. Saepe et in aliis partibus, vt in inguine, inter femora et pudenda, in labiis, digitis, rel. enaſcuntur ſimiles. Die 2. 3. aut 4. collabuntur puſtulae in faucibus, earumque loco apparent fruſtula albida; anxietas, colli tumor vel euaneſcit, vel increſcens in abſceſſum degenerat, a quo rupto ſalus. Quodſi colli tumor aut penitus euaneſcat cum puſtulis faucium, aut abſcedat, et grauitas in pectore ſentiatur, empyicorum more pereunt aegri. Salus ab expulſu materiae in abſceſſus glandularum inguinalium, axillarium, parotidum, maxillarium, oeſophagearum, aut a veſiculis externis; periculum, mors a repulſu.

APHTHA. Pemphigodes GALENI defin. med. Algola *Arabum.* vlcuſcula oris F. PLATERI. Veſiculae gingiuarum SENNERTI. febris aphthoſa *Auct.* i).

Vlcuſcula exigua, rotunda, albicantia, partes internas auris et faucium, imo ventriculi et inteſtinorum k) occu-

h) SAUV. ſp. 3. *Helueticus.* LANGHANSII Acta Helv. vol. 2. p. 260.

i) SELLE p. 161.

k) ROSENSTEIN v. d. Kinderkr. p. 53.

occupantia: imo cutim, nunc albae, nunc flauae, aut nigrae obſident, praeſertim apud Africanos l). Initio tumor eſt, ſeu eleuatio epidelidis inſtar grani milii, apice foraminulum gerens: veſicula alba, emphyſematica cohaeret partibus ſubiectis, et dein tenacem et glutinoſum mucum emittit, poſtea cruſtam, tenaciſſime adhaerentem, et fruſtulatim decidentem format, quibus in ore deciduis multis non raro ptyaliſmus. Variant:

a. Sede m):

1. In labiis, gingiuis, lingua, interne ad genas, palato, vuula et tonſillis comparentia, nullius periculi.
2. In pharynge, larynge, deglutitionem et reſpirationem reddunt difficilem.
3. In ventriculo latitantes vomitum, ſingultum efficiunt.
4. In inteſtinis, reſorptionem chyli impedientes, diarrhoeam et maraſmum procreant.
5. In pudendis mulierum n);
6. In cute conſpicuae, malignae per ſe.

b. Colore: qui eſt:

1. Albus, pellucidus, flauus, rubicundus.
2. Ruber, atroruber, liuidus.

N. Periculoſae ſunt, quae vel oriuntur vel tranſeunt ad pharyngem, laryngem, ventriculum, inteſtina, quarum color profundus eſt, profundae proxime ſibi adiacent, aut euaneſcentes mox redeunt.

2. Et cum, et ſine febri, et breues, et diuturnae ſunt.

PETECHIAE. Purpura SAUV. Porphyra *Graec.* Peticulae, febris petechialis, *auct.*

Symptomata exanthematica leniora, aut nulla. Vel a morbi initio, vel a die 2. 7. 9. erumpunt maculae rubrae, preſſione digiti non euaneſcentes. Perſtant in collo, mam-

l) LORRY m. c. p. 32.
m) ROSENSTEIN l. c. BOERH. aph. 981.
n) HIPP. de nat. mul. c. 61. V. SWIETEN p. 196.

mammis, feminae, brachiorum interioribus, musculo bicipite, maxime a flexura cubiti ad carpum vsque, vel per triduum, et vltra, vel ad morbi finem vsque, aut reuertuntur.

„Sunt autem petechiae maculae rubrae, paruae, rotundae, seminis papauerini aut milii magnitudine, cutim non excedentes. Atque inter has, si plurimae vniuersum corpus impleuerint, minimae, tamquam acu punctae, intercedunt. Nonnumquam etiam, densae vbi sunt, aliquae latae supra scapulas ventremue apparent, cum duae aut tres petechiae coiuerunt. Profunde vt ex liuido rubrae istae maculae sunt; aliae magis roseae, nonnullae etiam liuidae sunt, potissimum iuxta internam carpi cutim, in quo loco multae venae conueniunt. Quorumdam petechiae veluti splendent, quasi vitreae eae essent, haeque colorem vt paeoniae flores habent.„ Cel. STRACK o).

„Has propterea quod aequaliter rotundae sunt, et limbo non excedunt, sed intra suum circulum consistunt, *circumscriptas* nomino. Alterum genus non rotundas, neque aequales maculas habet; sed diffusas, quae intra cutim paullo latius procedunt, has *diffusas* voco.„ STRACK p).

Perpetuum non est, peius eos habere, quibus multae, quam quibus rarae petechiae sunt. Alii enim cum multis petechiis non multum aegrotant et erecti ambulant, alii cum paucis exitiose habent. Febris etiam ab eruptione non remittit plerumque, imo potius intenditur, vt vix sint criticae. Eas tamen aliquando esse criticas, docet SARCONE q), qui et negat, eas semper esse prauae medelae sequelas r). Febris si est, est vel continua, vel remittens, vel intermittens.

„Forte et notatu dignum erit, quod in pessima illa purpura, in Galliis obseruata, aegri, quibus prompte succurrebatur, vermes excreuerint, et dein exanthemata appa-

o) De pet. p. 18.
p) l. c. p. 25.
q) T. II. p. 116. III. p. 145. 157.
r) T. II. p. 170.

apparuerint. Vermium excretorum pariter meminerunt alii auctores, qui de febribus petechialibus scripserunt, vt L. DONCKERS s), FORESTVS t), V. SWIETEN u).

N. A pulicum morsibus in eo differunt, quod rubedo hic a pressione euanescit.

PESTIS. Pestilentia SCHREIBER. Febris pestilens FR. HOFFMANNI.

Passio, admodum contagiosa, ex Aegypto, vel aliis Turcici imperii prouinciis, ad nos per contagium allata, petechiis, bubonibus, carbunculis, anthracibus plerumque, et (nisi subito trucidet) etiam febri stipata; cuius symptomata in aliquibus, aut pluribus aegris coniuncta adpareant, necesse est.

Incipit vario modo, iuxta diuersas corporum constitutiones, atque anni tempestates, et interdum sub larua aliarum passionum, v. g. pleuritidis, catarrhi, anginae, breui tum comparentibus bubonibus et carbunculis v), incedit. Plerumque vero incipit cephalalgia, temulentia, horripilatione, virium prostratione, febricula cum nausea et vomitu, plus minusue copioso, materiae variae, oculi rubicundi sunt, adspectus tristis, lingua alba, sordida: quibus correpti interdum per 1. vel 2. dies obambulant. Pruritus imo dolores, percipiuntur in iis locis, vbi bubones et carbunculi erupturi sunt. In furore pestis plures 1. vel 2. die moriuntur, ante, quam prodeant tumores, petechiis vel maculis rubris paullo ante mortem cutim deturpantibus, et non nulli sine his exanthematibus.

Secunda vel 3. die bubones et carbunculi apparere solent, raro 4. In aliquibus sub primo insultu calor vrens, sitis ingens, vrinae flammeae, genae rubentes, delirium ferox et phreniticum; in plerisque vero in principio calor leuis, sitis mediocris, vrinae crudae et aquosae, aegri leui-

s) Idea febris petech. p. 3.
t) L. 6. obs 39. T. 1. p. 238 sq.
u) T. II. p. 405.
v) Cf. v. SWIETEN §. 1404. T. 5. p. 152 sq.

leuiter ſe aegrotare putant, donec ſumma virium proſtratio, bubones, carbunculi, petechiae, vibices, nullum de periculo dubium relinquunt. Ante ſextam diem omnes fere moriuntur, qui 7. ſuperant, maximam ſpem recuperandae valetudinis iure fouent. Pulſus eſt inconſtans, mox frequens, durus, fortis, mox lentior, mollis, paruus, ſed plerumque debilis, cum vario frequentiae gradu. Febris eſt continua, remittens, imo interdum intermittens.

BVBONES peſtilentiales vulgarem ſuam ſedem habent in inguinibus, infra commiſſuram femorum, et ſub axillis, aliquot digitos tranſuerſos infra caui fundum: ſed et genas, et collum, cet. obſident. Niſi ante tumorum et exanthematum eruptionem ephidroſis critica excitetur, quod fit interdum, bubones peſtis criſin conſtituunt, quae, vt ſanitas ſequatur, bonam maturationem et ſuppurationem requirit. Saepe accidit, vt bubo perueniat ad molem nucis auellanae, imo iuglandis, et paullo poſt euaneſcat, *vel*, dum remanet, non inflammetur, nec doleat; ſi prius, mors non procul eſt, ſi poſterius, nullum leuamen percipitur, aut ſi eſt, fit, vt aegri, iam morti proximi, comedant, ambulent, elapſis vix aliquot horis ſubito moriantur. Reperiuntur non raro bubones in vtroque inguine, rarius ſub ambabus axillis, at frequentius in vno inguine et ſub axilla ſimul. Bubones, ſenſim mole aucti, dolentes, rubentes, ad ſuppurationem tendentes, ſub imminutione ſymptomatum, veram et perfectam criſin ſpondent.

PAROTIDES occurrentes, non adeo completam criſin perficiunt, ac bubones inguinales et ſubaxillares.

CARBVNCVLVS eſt macula gangraenoſa cutis, partis aduſtae faciem prae ſe ferens, rubor nempe, veſiculis pallidis, liuidis, aut nigris obſitus, inflammatione cinctus, in eſcharam nigram duramque cito degenerans.

ANTHRA-

ANTHRACIS nomine venit malum, carbunculo ſimile, ſed grauius, male prominens, et panniculum adipoſum altius penetrans, carnibus circumiacentibus valide inflammatis et dolentibus.

Carbunculi ſedem ſuam habent in collo, genis, pectore, dorſo, et extremitatibus, et nonnumquam ipſis bubonibus inſident. Anthraces in collo et dorſo plerumque obſeruantur. Incipit carbunculus a puncto minimo, vnde expanditur, veſiculam vnam, vel plures referens, quibus ruptis ſanies effluit, et ſubiecta cutis liueſcens ſideratur. Si vires aegri deficiunt, non eleuatur, iſtis vero adhuc vigentibus, partes vicinae inflammantur, circulus ruber in ambitu eſcharae apparet, ſuppuratque et ſic ſeparatio mortui a viuis incipit; procedente ſuppuratione ſub parte gangraenoſa verſus fundum, eſchara vndique ſoluta cadit, et vlcus relinquit. Aliquando ſine bubonibus carbunculi prodeunt, ſaepius eos comitantur, ſed ſerius illis tunc ſuperuenire ſolent. Petechiae ſunt, vti in febribus putridis, aliquando magnitudinem lentis aequantes, coloris purpurei, liuidi, aut nigri. Accidit quoque, vt cutis varietur innumeris minimis punctis, et vibicibus, liuidis, nigriſue, partem verberatam referentibus. Haec omnia exanthemata peſſima inſtantem mortem denunciant.

Adnotatione dignum eſt, peſtem in noſtris terris non generari, ſed contagio, aliquando per vnum hominem, ad nos ex Aegypto ferri: vt, ſi vitetur communio hominum, vſuſque rerum, peſte infectarum, tum vrbes, tum domus, immunes a peſte maneant: quod docet de MERTENS in l. de peſte, quem cf.

STADIVM I. *Status neruoſus. de* MERTENS [x]).

Eſt ille peſtis ſtatus, qui praecedit exanthematum eruptionem et deſignatur calore, ſiti mediocri, vrinis crudis et aquoſis, rel.

Idem

x) L. c. p. 128.

Idem in plethoricis inducit ſymptomata inflammatoria, calorem, ſitim, ingentes, genas rubentes, vrinas flammeas, delirium imo phrenitidem.

Niſi peſtis in hoc ſtadio iuguletur, ſuccedit

STADIVM 2. *Status putridus de* MERTENS y).

Ab eruptione exanthematum, eorumque ſuppuratione definitur.

N. Phthiſis et ſcabies peſtem tamen admittunt z).

2. Aliquando eſt peſtis ſine exanthematibus conſuetis, ſolis cum petechiis a).

3. Febris eſt intermittens, continua ſimplex, inflammatoria, putrida, ardens b).

Liceat iam quaedam *de affinitate exanthematum* addere.

1. Dantur ſymptomata, omnibus communia, pathognomonica exanthematum citra reſpectum differentiae: nimirum virium proſtratio maior, quam per morbum exſpectares, horror, dein calor, lumbago, dyſpnoea, (anxietas) alyſmus, pyrexia, febris varia, apepſia, nauſea.

2. Omnia videntur per ſtatum praeternaturalem primarum viarum, ob conſenſum cum cute, produci, quod ſuadent c):

a. Efflореſcentiae, natae a rebus alienis primarum viarum, vt vſu cancrorum, eorumque lapidibus, oryza, aqua calcis d).

b. Eaedem facile natae a febribus intermittentibus, quae primis viis merito tribuantur e).

c. Apepſia, nauſea, vomitus, praeuia et communia omnibus exanthematibus ſymptomata f).

d. Eryſi-

y) L. c. p. 129.
z) CHENOT. de peſte. Comm. Lipſ. XVI. 685.
a) L. m. c.
b) Ibid
c) Cf. STOLL. T. 1. p. 44.
d) Teſtibus COLL. FRANC. T. 7. p. 367. Comm. Lipſ. XV. 103. LORRY m. cut. p. 37 ſq. v. SWIETEN T. p.
e) LORRY l. m. c.
f) LORRY p. 284.

d. Eryſipelas ſaburrae bilioſae potiſſimum tribuenda.

e. Variola, quod:

a. Diarrhoeâ eius eruptio cauetur g).

b. Diarrhoeâ, a die I-XI. ingruente, mitificatur h).

c. Febris prima eſt amphimerina, ſeu ephemera plurium dierum;

d. Febris altera eſt intermittens, aut hemitritaea, quae primis viis potiſſimum tribuendae.

f. Rubeola, quod diarrhoeam quoque, et emetica cum purgantibus bene ferat i).

g. Petechiae ab auctoribus potiſſimum ſaburrae, verminoſae etiam, habentur progenies.

h. Miliaria certe quoque ſaburrae, verminoſae etiam, non ſine ratione tribuere debebis.

i. Aphthae quoque ſaburrae recte adſcribuntur.

3. Praeludium exanthematum eſt inconſtans, ſi quoddam vni peculiariter adſcripſeris, dum v. g. variola habet praeludium morbillorum, et contra.

4. Omnibus fauet calida et humida tempeſtas, laxa cutis.

5. Omnia certum quidem decurſum ſeruant, ſed fit, vt abſque exanthematum eruptione, ſimili ratione decurrant. v. morb. anon.

6. Omnia ſimili ratione alia ſymptomata excitant: ita datur angina ſeu cynanche varioloſa, morbilloſa, miliaris, aphthoſa, pemphigodes, petechialis, peſtifera, rel. ideinque de peripneumonia, dyſenteria, rel. valet: niſi haec ſymptomata morbo potius tribuenda eſſe credas, quod ſimilem omnino per morbum curationem poſcant.

7. Omnia et ſymptomatica et critica ſunt, et modificantur per morbum varium, et per hunc ſimilem admodum

g) BALLON T. I. p. 168. Comm. Lipſ. VIII. 493.

h) Comm. Lipſ. VII. 125. VIII. 493.

i) Rec. period. T. 8. p. 338.

dum curandi rationem admittunt, vt potiſſimum morbo, dein febri, ſatisfiat k).

8. Exitus omnibus communis, per iacturam cuticulae, ſordium enatarum, exulcerationem, phlegmatiam, rel.

9. Plura non raro ſunt epidemica eodem tempore, v. g. variola et rubeola l).

10. Aut proxime ſe excipiunt earum epidemiae, ſic aliquoties contigit Hagae comitum, vt varioloſam epidemiam praecederet morbilloſa m).

11. Vnus aegrotus habet plura exanthemata:

a. *Coëxiſtentia:*

α. *Diffuſa:* variolam et rubeolam n). Variolam lymphaticam et rubeolam o). Scarlatinam, miliarem, variolam p). Variolam, miliarem, petechias q), pemphigum et miliarem r).

β. *Solitaria*, v. c. ita, vt vnum latus morbilli, alterum variolae occupent s).

b. *Succedentia:*

1. Variolis variolae t);
2. Variolis varicella u).
3. Variolis rubeola x).
4. Variolis aphthae: y).

12. Conueniunt omnino omnia inter ſe, quum conueniant:

a. Ery-

k) Febris exanthematum non eſt eſſentialis, quum et adeſſe et abeſſe ſoleat, et varia ſit, actiua, paſſiua, et aeque ſit effectus morbi atque exanthemata ipſa. Quare mireris, eſſe, qui ſtatuant, exanthemata potiſſimum ex febri aeſtimanda eſſe.

l) ROSENSTEIN l. c. p. 294.

m) Comm. Harlem. VIII. 488.

n) ROSENSTEIN l. c. Comm. Lipſ. XV. 591.

o) Comm. Lipſ. XIV. 365. SIDOBRE de var. p. 242. DIEMERBROECK h. 19. HARRIS m. inf. ac.

p) De HAEN R. M. II. 95. 87. 91.

q) RIVERII C. 1. obſ. 21.

r) SELLE l. c. p. 193.

s) ETTMVELLER op. T. 2. p. 1. c. 10. p. 347.

t) ROEDER. m. var. h. 12. 13. Comm. Lipſ. XII. 151. XIV. 364.

u) HAGENDORN obſ. 237. ROEDER l. c. p. 61. Rec. period. T. 7. p. 49.

x) De HAEN l. c. p. 97. DIEMERBROECK h. 19. Act. P. M. vol. 6. p. 370. ROEDER. d. h. 9. 15. Comm. Lipſ. XII. 151.

y) ROEDER. l. c. p. 70. rel.

a. Eryſipelas et peſtis, dum idem a peſte eo ſaepe tantum diſtinguitur, quod contagii expers fere ſit, nec tanto ſtipatum periculo, licet idem contagioſum aliquando ſit, et bubonibus ſtipatum, peſtis e contrario mitis.

b. Eryſipelas et variola, ſaltem idem puſtuloſum z).

c. Variola et rubeola a), quod

a. Paſſio vtraque aut coëxiſtens, aut

b. Proxime ſibi ſuccedens, etiam epidemice b).

c. Rubeola ſit variolodes.

d. Symptomata ſint communia, nimirum oculi madidi, ſemiconcreti, lingua alba, ſomnolentia, febris, delirium, et variola ſaepe excitat ſymptomata catarrhalia, vt incipiat a tuſſi, lacrimatione, oculorum ſplendore, vt rubeola c).

e. In eadem familia, quae ſolidorum rationem plerumque communem habet, vti eadem vigent exanthemata, v. c. ſcarlatina, in diſſitis etiam ſubiectis, teſte PLENCIZ, ita hic variolis, alter rubeola laborat d).

f. Eruptio in vtroque exanthemate et anticipat et poſtponit.

g. Diarrhoea variolam et rubeolam leuat et aufert.

h. Rubeola non ſemper deſquammatur e).

i. Loco inſitae variolae comparuit rubeola, et dein (ob morbum perſeuerantem) variola f).

d. Variolae et petechiae, dum hae interdum exulcerantur g).

e. Variolae et peſtis, quod vel ſolae veterum deſcriptiones probant, quae tum ad illam, tum ad hanc referri poſſunt h).

f. Scar-

z) ROEDER. l. c. p. 58. SCHROEDER. op. T. II. p. 210.
a) SCHROEDER. op. II. 213.
b) Act. Harlem. X. p. 489.
c) Journ. de med. Juill. 1758. p. 81.
d) De HAEN l. c. p. 98.
e) Cf. de HAEN ſ. d. p. 110 ſq.
f) Act. Suec. XXVII.
g) v. SWIETEN C. T. II. p. 405.
h) Cf. WERLHOFFII et HAHNII ſcripta et MERTENS l. c. p. 120.

f. Scarlatina et eryſipelas i).

g. Scarlatina et rubeola, quod vel exinde patet, dum vtramque paſſionem olim auctores commutauerunt, ſicut praeludium variolarum interdum habet vtraque k).

h. Miliaris a rubeola, fere ſolo gradu et impetu l).

i. Miliaris et aphthae, quae ſunt fere interna miliaria m).

k. Pemphigus et miliaris ſolo gradu n).

l. Miliaris et petechiae, dum vtraque ſaburrae, ſubacidae, verminoſae, potiſſimum tribuenda.

m. Petechiae, et morbilli, dum illae interdum ſunt aſperae, vt ad rubeolam accedant, quales Viennae 1758. Cl. HASENOEHRL vidit.

n. Vrticaria et ſcarlatina fere ſolo gradu.

13. Tempus eruptionis omnibus inconſtans eſt, dum de omnibus exempla 1. 2. 3 ſq. diebus factae eruptionis proſtant.

Quare non ſine ratione ſtatuere licebit, omne exanthema eſſe progeniem alienatae irritabilitatis gaſtricae, indeque alienati toni integumentorum corporis, vt ſimul putes, tum contenta in primis viis, et modificationem circuitus humorum, pyrexiam, febrim, tum tonum vaſorum cutaneorum varie adfectum, conſtituere eſſentiam et eſſentiales exanthematum differentias. Quibus poſitis, patet, ob characterem eryſipelatis fere omnibus reliquis exanthematibus communem, eryſipelas poſſe tamquam genus, reliquae tamquam eius ſpecies, conſiderari, nec multum intereſſe, vnam ſpeciem aliquando cum altera commutaſſe, modo attenderis, num actiua, an paſſiua, critica, an ſymptomatica ſint exanthemata, quod per febris naturam facilius euincitur, niſi irritabilitatis gaſtricae conditiones ſufficienter cognoſcas.

EFFLO-

i) v. SWIETEN II. p. 401. LORRY l. c.

k) Cf. de HAEN febr. div. p. 113.

l) HELD Med. chir. Ausz. I. 118.

m) v. SWIETEN III. p. 200. de HAEN f. d. p. 48. 68.

n) SELLE p. 193.

EFFLORESCENTIAE. Protuberantiae et maculae cutis apyretae, plerumque chronicae.

PHLYCTAENAE. Tumores exigui, humore repleti, qui rupti exſiccantur, excoriantur.

PVSTVLAE. Tumores exigui, colorati, apice ſuppurantes, in pus vel cruſtas abeuntes.

PAPVLAE. Tumores exigui, non ſuppurantes, ſed humidi quid apice reiicientes, dein abeuntes in ſquammas furfuraceas.

VARI. *Ionthoi Graec.* Tumores duri colorati, pertinaces, veluti tubercula ſcirrhodea, nec ſuppurationem, nec deſquammationem ſubeuntes.

EPINYCTIS. Phlyctaenae atrorubrae, aggregatae, 3. v. 4. linearum in diametro, extremitates potiſſimum obſidentes, noctuque inprimis acriter pungentes.

PSYDRACIA. Phlyctaenae rubrae, intus firmae, poſt cuticulae a cute ſeparationem cauae, vacuae, vel ſero flauo turgidae.

HYDROA. Phlyctaenae, granis milii non maiores, ſubito oboriundae, conferta, plerumque fugacia, non cohaerentia.

HERPES o). Tumores leuiſſime aſperi, inaequales, cutim eminentes, digitum appreſſum glutinoſo humore imbuentes, a veſiculis lymphaticis, quae oculo, vitro armato, conſpici poſſunt, exſudante: hae veſiculae omnes, limbo rubello diſtinctae, inter ſe fiſſuras, in rimae formam apertas, reticulum ſubcutaneum colore pellucido, ſed flaueſcente et ſordido donatum, oſtendunt. — Raro ſolitarius eſt herpes, ſed vel in viciniam, vel in diſſitas partes, ſe diffundit improuiſe, et pruritu potiſſimum noctu, et ſub chyli ad ſanguinem admixtione, moleſtus eſt. Vere vtplurimum erumpit, aeſtate praeferuida viget, auctumno fouetur, ſilet per hiemem, calore fouetur humido et non perſpirabili, et paſſionum ex adia neuſtia fata ſequitur.

Infert

o) LORRY m. e. p. 299 ſq.

Infert saepe coryzam habitualem, tonsillarum inflationem, vocis alterationes, narium inflationem, screatus matutinos, saepe phthisin, maniam, melancholiam.

a. MILIARIS p). Rubor per areolas emicans, tumoribus albidis, grani milii adinstar cuti nitenti superpositis, asperis, et limbo rubello circumscriptis, stipatus, apyreton, corpus, raro faciem, tenet, plerumque solitarius, cute integra, areola limbo rubello distincta. Pustulae emicant, sero repletae, sub epidermide aggretatim compositae, interstitia replent lemae epidermidis, quae areolam faciunt asperam: post horas aliquot enascitur altera pustularum agglomeratio, quam aliae per plures septimanas sequuntur. Pruritus summus, anxietas, adpetitus prostratio, eiulatus, marcor, passio sensim fit mitior, atque, vbi deferbuit materies, locus remanet lemis tenuissimis et asperitate notabilis, cum pruritu enormi. Saepe recrudescit, aut ad annos extenditur.

b. VIVVS q). Signa herpetis, se diffundentis, vt ruber limbus quotidie extendatur, et limes, antea rubens, iam fiat asper, cruciatus remissiores.

c. ERODENS r). Foeditate potius, quam cruciatu, incommodus frequenter faciem occupat, contagiosus est: euidentes papulas non profert, nec vlceris crustosi formam inurit.

d. PHLYCTAENODES, PHAGADENICVS s). Nascitur pustula simplex et cutim subiectam in tumorem durum et asperum attollit, scabrumque, epidermis cito a cute secedit cum humoris rodentis, calentis sensu, vt vicinae partes attollantur et crispatae findantur, partim crustis, partim tabo horridae. Pustulae solitariae, aut frequentes, quum et manus, ob pruritum scalpentes, passionem propagent: contagium enim, et ab aliis, tactu suscipitur. Crustis deciduis succedunt aliae, locum, tabo turpissimo defluentem, apertum tegentes. Humor profusus, glu-

p) LORRY p. 305.
q) LORRY l. c. p. 307.
r) LORRY p. 308.
s) LORRY p. 309.

glutinosus, mucosus, rancidulus, acescens est, alui excrementa interdum virescunt. Palpebras, genas, mentum, alas narium, et regionem aurium internam et externam frequenter occupat. Volumen partium immaniter auget, et tum partes, tum lintea, erodit. Occupat et inguina, et dorsi infima, et genitalia virilia [t]).

IMPETIGO [u]). Oriuntur in extremitatibus, etiam vnguibus.

a. Similis scabiei, rubens, durior, videntur in ea quasi bullulae quaedam, ex quibus interposito tempore quasi squammulae soluuntur; certioribus temporibus reuertitur.

b. Peioris indolis, similis fere papulae, sed asperior, rubicundiorque, figuras varias habens. Squammulae ex summa cute decidunt, rosio maior est, celerius et latius serpit, et certioribus temporibus fit et desinit; *rubra* dicitur.

c. *Nigra.* Deterior est, crassior, durior, et magis tum in summa cute funditur, et vehementius rodit et squammosa nigraque est. Procedit et latet, nec tardat. Minus vero errat in temporibus, quibus oritur, aut desinit; neque ex toto tollitur.

d. *Subalbida*, recenti cicatrici similis, squammulasque habet pallidas, subalbidas, lenticulae similes, quibus demtis profluit interdum sanguis. Alias humor albidus est, cutis dura, fissa, et procedit latius.

PSORA. PSORIASIS [x]). Scabiei similis, et sub huius nomine plurimis descripta, essentiales tamen eius notas non seruans, sed passio vera aliorum morborum; pruritus immanis, crurum et femorum phlegmatia, anhelitus, hydrops, indoles rebellis, et cutis aspera durities, odor acidus, acescens.

MACVLAE. Coloris mutationes cutis (hanc vix supereminentes) particulares, apyretae.

LICHEN.

t) Cf. et Journ. de med. Avr. 1767. p. 335.

u) CELSVS l. 5. c. 28. 17. LORRY l. c. p. 349.

x) LORRY l. c. p. 241.

L

LICHEN y). Cutim non indurans aſperitas, modice, ad limbos, ſaepe rubellos, pruriens, epidermidem in foliola conuertens.

PORRIGO. Pityriaſis z). Maculae, fundo rubicundo praeditae, deſquammabiles, partem capillatam occupantes, interdum ad frontem, mentum, extenſae.

VITILIGO, ſcabies cruſtoſa a). Maculae, ſummam cutim obſidentes, non profunde inuſtae, cum pruritu immani, partibus vicinis non tumentibus, at craſſioribus et denſioribus redditis, laeuibuſque ad tactum, pilis defluentibus, parcoque humore, albo flauo, ſqualido, interdum virideſcenti, ex vlcuſculis prodeunte.

a. ALPHVS, morphaea alba *Arabum.* Macula palleſcens vel alba, maculis minoribus diſcretis, ſerpens, dum vetus eſt, et ſquammas excitans.

b. LEVCE. *Graec.* Color albidior, quam in alpho, pili partis adfectae albi, pars adfecta, antea capillata, glabreſcit, pili delabuntur, vitium altius ſerpit in cutim.

c. MELAS. Morphaea nigra. Maculae paucae et diſſitae, ſubſquammoſae, fuſci coloris.

GVTTA ROSEA, roſacea, exerythron, *Graec.* b). Faciei maculae tenues primum, et vix notabiles, dein ſerpentes, tubercula rubra ſupra partem, iam ſcabram et leuiter tumentem, elata, ſaepe per totum vultus ambitum diſperſa, ſaepius per genas diffuſa, naſumque rubore inhoneſto et frontis nitidum honorem deturpantia. Maculae, propius inſpectae, vaſorum, ſibi quaſi adpoſitorum, intricationem ſiſtunt, per interualla minima diuiſam. Adultis, (vix pueris et ſeneſcentibus) familiaris eſt.

EPHELIS. Maculae vmbrinae, glabrae, corymboſae, faciem, vel manus et tibias, adficientes.

NAEVVS. Macula congenita, varii coloris.

ECCHY-

y) LORRY l. c. p. 243.
z) LORRY p. 460. ſq.
a) LORRY p. 352. ſq.
b) LORRY p. 641.

ECCHYMOMA, ecchymosis, sugillatio, *suffusio*, *effusio.* Macula plana, aut parum prominens, et subsolitaria.

a. LIVOR, melioma, ecchymoma coloris liuidi.

b. MELASMA. GALEN. *Nigror. Latin.* Ecchymoma coloris nigri.

c. VIBEX, vibices. Liuores, quasi a verberibus, in acutis comparentes.

d. HYPOPHTHALMIA. HIPPOCRAT. *Hypopyon.* PAVLLI AEGIN. Liuor sub oculis : symptoma maxime profluuiorum (sympathiae externae).

e. HYPONYCHON. Ecchymoma vnguium : symptoma potissimum tritaeae.

PHRICASMVS.

a. RIGOR. Succussio tremula, coacta cutis, cum sensu frigoris.

b. HORROR. Rigor et algor alternantes.

c. ALGOR, FRIGVS.

α. Realis. Imminutio caloris, tum aegroto, tum adstantibus, ratione conspirante, atque ad thermometrum, conspicua.

β. Sensitiuus :

1. *Aegroti*, quando vel frigus, vel horrorem, aeger sentit maiora, quam adstantes sentiunt, et thermometrum suadet.

2. *Adstantium.* Si calet admodum ille, qui aegrum tangit c).

ARDOR. Caloris sensatio molesta.

a. Realis. Quando consentiunt cum aegroti ardore sensatio adstantium, bene calentium, et thermometrum.

c) Cf. de HAEN R. M. -- Sub phricasmo pulsus euadit rarus, paruus, contractus, mollis, inaequalis, intermittens, facies albet, pallet, vngues liuescunt, tremor occupat artus, dyspnoea, trismus, rel. adsunt: qui ex intermittentibus moriuntur, plurimi sub frigore moriuntur: nocet in primis sudoribus et exanthematibus superueniens, haec repellendo.

b. Senſitiuus.

1. *Aegroti*, quando maiorem aeger ſentit caloris gradum, quam adſtantes et thermometrum alienantur.

2. *Adſtantium*, dum friget plus minus ille, qui aegrum tangit d).

α. Vniuerſalis.

Huc CAVSVS et τὸ πῦρ HIPPOCR. *Febris ardens auct.* Non conſtat inter auctores, quae proprie febris ſit cauſus. „BOERHAAVIVS e) illam pro ſummo ſanguinis ſtatu inflammatorio, IVNCKERVS, TISSOTVS f), VOGEL g), aliique, pro ſummo febris bilioſae gradu, tradunt; ELLERVS h) adhuc aliud quid ſub illa intellexiſſe videtur: et quiſque priſcorum teſtimoniis ſententiam ſuam probare poteſt.„ Hactenus Cl. SELLE i). Sed docet GALENVS k), HIPPOCRATEM omnem febrim, in qua eminebant aeſtus ac ſitis, nominaſſe ardentem, vt recte videatur VOGELIO cauſum dixiſſe febrim, mox inflammatoriam, mox ſynochum imputrem, putrem, ſeu bilioſam et putridam, addo et verminoſam. Quae ſi vera ſunt, quid boni exſpectari poterit a BOERHAAVII deſcriptione febris ardentis, quam compoſuiſſe e variis veterum ſcriptis videtur? et cur nomen hoc retinendum, niſi ſub dicto HIPPOCRATIS ſignificatu febris gradum et indolem deſignare velimus?

β. Partialis. *Epiphlogiſma*, *phlogoſis*, *erythema volans*, *volaticum:*

1. *Faciei.* *Aeſtus*, *ardor volaticus.* Subitaneus faciei calor et rubor per horae quadrantem durans, interdum in ſudorem erumpens. Tribuitur et aliis partibus, vt collo.

2. *Auris.*

d) Thermometrum raro conſentit cum caloris, vel realis, ſenſu. Cf. de HAEN l. c. — Senſitiui ardoris et phricaſmi meminiſſe iuuabit, dum aegroto manum admouemus, aut relata ab adſtantibus aeſtimamus.

e) §. 738. ſq.

f) Opp. T. I. p. 15. ed. BALD.

g) De morbis cogn. p. 51. 56.

h) M. cogn. p. 69.

i) l. c. p. 50.

k) Comm. III. in L. III. epid. HIPP. p. 281.

2. *Auris.* *Pyrosis* VOGEL [1]).

3. *Volae manuum.* In hecticis.

PRVRITVS. Molesta cutis sensatio, ad scalpendum incitans, cogens.

CELSA. VOGEL. Sensus flatus, vaporis, aut formicarum, oberrantium subter cute.

ADIAPNEVSTIA, *ariditas cutis.* *ξυράσια* aut *ξυρὸς νούσος* HIPPOCR. Transspirationis naturalis et liquoris, cutis organon humectantis, suppressio, siccitas et rigiditas cutis (tactu frigidae), sudor partis corporis glutinosus, aut mador, saepe cum anxietate.

EPHIDROSIS. Transspiratio, quantitate, qualitate, tempore, abnormis.

a. SVDOR. SVDATIO. Transspiratio, copia maiori potissimum abnormis.

b. MADOR. Transspiratio, copia mediocriter adaucta.

α. *Calida*, cum calore, sanguinis velocitatem et seri abundantiam arguens.

β. *Frigida*, cum frigore, vbertatem materiae transspirabilis et cutis laxitatem designans.

DYSODIA. Foetidorum vaporum e corpore exhalatio.

CACHEXIAE. Habitus deprauatus totius, vel magnae partis, corporis, citra neurosin, vel pyrexiam primariam.

ICTERVS. AVRIGO, *regius*, *arquatus morbus*, *auct.* Cutis color aureus, croceus, luteusue, ad virorem inclinans, vt vere viridis aliquando sit, saepe cum physconia hepatica, et signis polycholiae, quorsum oculorum flauedo, visu etiam flauo, vrina bile abundanti, vt tingat lintea, linguâ, saliuâ, sudore, sanguinis sero, flauis, quin et vnguibus (et ossibus), pruritu, adiapneustia, obstipatione.

MELASICTERVS, *icterus niger*, *melanchlorus auct.* Color cutis niger, vel diffusus, vel guttatus et maculosus, excreta vix alienata, aut simili ratione, quam in ictero.

N. Nisi

1) n. 199.

N. Nisi multa auctorum icteri reiicere exempla volueris, praeter flauedinem cutis nihil ad icteri essentiam requirere poteris, et alia icteri exempla potius possent ad physconiam hepaticam referri, icterusque eius symptoma statui: ischocholia quoque, potissimum in epidemicis, spasmodicis, abest. Verius igitur tamquam symptoma consideratur, aut tamquam passio, vbi vero potius ad physconiam pertinet. Si omnem ad suum morbum retuleris, vix opus erit, vt caussas pathologicas icteri adeo subtiliter rimaueris.

Datur, quod expedit notasse:

α. Icterus dimidii corporis:

a. *Transuersim sumti*, vt capitis et pectoris m).

b. *Longitudinaliter diuisi* n).

β. Partis o).

Coexistunt interdum icterus et melasicterus:

a. Facies melasictero laborabat, reliquum corpus ictero p).

b. Facies virescebat, dextra pars corporis laborabat melasictero, sinistra ictero, dein facies ictero cum parte dextra, sinistra melasictero, (vrina ceterum viridi, modo atra, interdiu viridi, noctu atra q).

Caussas sic ponere poteris. Oritur

1. Ob secretionem bilis impeditam: a) per sanguinis, viarumque eius vitium, vt atram bilem. b) per vitium hepatis, et quidem ob impeditam viam: α) ramorum ductus hepatici, aut trunci ipsius, β) ductus communis, γ) arteriae hepaticae r).

2. Ob auctam materiam biliosam, polycholiam.

3. Ob

m) v. SWIETEN T. 3. p. 141. Journ. de med. Oct. 1765. p. 312.

n) E. N. C. C. 3. obs. 64. p. 141. ETTMVELLER opp. T. II. p. 844.

o) DE HAEN d. de ictero adn. T. 2. pr. path. p. 114. PAVLINI obs. dec. I. 9. A. N. C. C. IV. o. 112. Journ. de med. Fevr. 1768. p. 163.

p) BOERH. cons. med. XVI.

q) E. N. C. C. V. obs. 41. p. 61.

r) Cf. Comm. Lips. III. 534.

3. Ob reſorptionem bilis adauctam [s]): a) per impeditam viam ramorum ductus hepatici, b) ductus communis, c) ductus cyſtici, d) effuſionem largam bilis in primas vias, rel. [t]).

PHOENIGMVS. Cutis rubedo diffuſa, maculata, virgata, vel punctata, totum fere corpus, aut magnam eius partem occupans, apyreta. — Petechialis SAUV. ſp. I. purpura apyreta D. CUSSON dicuntur maculae purpureae in cute vniuerſa, vt in petechiis, ſine pruritu, tumore, febri; puncturae veſtigio.

CHLOROSIS. Abnormis cutis color cum aſthenia habituali: color albus, cereus, luridus, cinereus, fuſcus. *Vera* dicitur, quae pica, malacia, nymphomania, ſtipatur.

PNEVMATOSIS. EMPHYSEMA. Tumor cutis flatulentus, elaſticus, diffuſus, preſſione crepitans, cum naturali cutis colore.

ALOPECIA. OPHIASIS. *Graec.* Pilorum epidermidis deciſio.

α. CALVITIES. Alopecia in ſolo ſyncipite.

β. AREA. SAUV. ſp. 4. vbi per areas capille deficiunt.

γ. PORRIGINOSA. SAUV. ſp. 5. *Phthiriaſis* HIPP. Vbi piloſa cutis deſquammatur in capite.

OSTEOCACHEXIA. Cachexia cum alienata indole oſſis.

a. GVMMI. Tumor oſſis admodum mollis, planus, aequabilis, circumſcriptus.

b. TOPHVS. Tumor paullo durior, at mollis adhuc, inſtar cornu vitulorum, ſub cute adhuc haerentis, planus, aequabilis, ſaepe dolens, in compactiori fabrica oſſea enaſcens.

c. NODVS. Tumor durior, inſtar cornu vituli, quod ſolitam duritiem nondum adquiſiuit.

d. EXOSTOSIS. Tumor, duritie oſſis praeditus, aut ad eam proxime accedens.

a. Collectio

s) Cf. b. MECKEL nov. obſ. p. 97.
t) Cf. v. SWIETEN, MORGAGNVS, BRVENING, MARCARD, DE HAEN, alii.

a. Collectio humoris in ipso ossis cauo, vt substantia ossea protrudatur.

b. Tumor a succo, in ossis substantiam effuso.

c. Tumor periostei, tumidi, indurati, etiam a succo nutritio.

d. Tumor e collecta materia ossea, circa os fissum.

e. HYPEROSTOSIS. Tumor notabilis, plus minus durus, inaequabilis, tuberosus.

f. RACHITIS. Dura ossium, in articulos coëuntium, intumescentia, media illorum parte potius ad ceream interdum flexilitatem emollita: carnium marcor, flacciditas, cutis, praeter eam capitis et abdominis, laxitas et rugae, vasorum sanguiferorum magnitudo, caput magnum, nutans, facies plena, pectoris laterum compressio, sterni protuberantia, pigritia ad ambulandum ex languore potissimum lumborum, ingenium praecox, sensuum, famis et digestionis vigor, stomadysodia acida. Passio tenellos, pueros, corripit saepe intra 3 - 6 aetatis annum, aut ad 12 annum, aut per vitam, durat, aut euanescit u).

g. OSTEOSARCOSIS. Tumor mollis, quasi carnis, aut pinguedinis a luxuriante compage ossea degenerata, dolorificus.

h. OSSIVM MOLLITIES VEL LIQVEFACTIO cum mira artuum contorsione et successiua totius corporis contractione, rachialgia acerbissima.

i. TEREDO,

u) Compages ossea mollescit, musculorum actio ossium inducit curuaturas, anguli atque eminenciae complanantur vel rotundae fiunt, extrema articulorum intumescunt, superficies externa inaequalitatem et incrustationis speciem contrahit, et innumeris foraminulis, saniem rubellam fundentibus, stipatur, colorem denique cineritium induit, medulla simul fluidiore et abundantiore: dentium germina delentur, protrusi corrumpuntur, clauiculae, maxime versus sternum, inflantur et intorquentur, humerus, vlna et radius versus interiora flectuntur, manus et pedis digitorum ossa crassa et tuberosa apparent, collum femoris transuersalem directionem consequitur, genua ad se accedunt, tibiae fibulaeque curuantur, peluis a sua forma varie aberrat, dum apertura superior angustatur, inferior nimis ampliatur et ad dorsi spinam flexuram alienam adsumit, capitis moles denique deformitatem patitur. Quarum deformitatum non nullae ad totam saepe vitam, superata etiam passione, perdurant.

i. TEREDO, SIDERATIO, GANGRAENA, CANCER OSSIS, SPINA VENTOSA: intumeſcentia oſſis ſpongioſa, inaequabilis, et mire tuberoſa, acerbos dolores creans, cum carie, et partium incumbentium inflatione et exulceratione fiſtuloſa, ab intima compaginis oſſeae corruptione. Interdum parte oſſis emortua, reliqua viua et luxurians illam obtegit, vt os in oſſe inueniatur.

k. CARIES. Texturae organicae oſſis deſtructio.

α. Occulta: Tumor, dolor partis plus minus intenſus, continuus, aut per interualla recurrens, cutis ſuperincumbentis alienatio in rubellum, violaceum, plumbeum, integumentorum inflatio, dolor, ſenſus mollitiei et fluctuationis.

β. Aperta, *vlcere ſtipata:* caro flaccida, albicans, luxurians, ſpecillo facile penetrante, labia vlceris incuruata, pus tenue, ichoroſum, acre, copioſum, nigricans, foetoris rancidi, oſſis denudati, digito aut ſpecillo agnoſcenda, inaequalitas, colore natiuo in album, flauum, gryſeum, cineritium, nigricantem mutato: perioſteum ſolutum:

a. *Superficialis:* ſymptomata leuiora, abſentia tumoris notabilis oſſis, et poſt leuem partis perforationem haemorrhagia.

b. *Profunda:* ſymptomata grauiora, et ſerius accedens oſſis tumor.

1. *Humida*, copioſior ichoris effluxus, ſaepe caro luxurians.

2. *Sicca*, defectus ichoris.

l. OSTEORPYR, caries anonyma. NOEL x) ACREL y). Summus dolor ad partem oſſi propinquam, pungens, vrens, chronicus; ſine aut cum exoſtoſi, hyperoſtoſi, rel. cum aut ſine phlegmaſiae, apoſtematis, topicorum ſignis, a mutatione oſſeae ſubſtantiae in adipoſam maſſam, aut diaphanam

x) Journ. de med. T. 51. HELD Auſz. I. p. 73. ſq.

y) Chir. V. T. 2. p. 208 ſq.

nam, denſam gelatinam, aut cartilaginoſam, vt etiam adiacentes partes, muſculi, tendines, tela celluloſa et integumenta, in vnam fere maſſam coëant: pars adfecta in mortuis notabilem caloris gradum ad thermometron oſtendit. Salus ab oſſis amputatione. Quare grauis adfectus, ſi pectus obſidet, nihil ſalutis admittet.

ELCOSIS. Cachexia ob ſolutionem continui partium mollium, cum ichoris, tabi, ſaniei, apocenoſi.

CANCER. Cachexia ſingularis, telae celluloſae lentae corruptioni forte tribuenda.

Variat:

(a) Natura,

a. *Ad acidam vergenti* z).
Acidum explicitum docet materia calcarea, cancro adſperſa, ſal communis.

b. *Alcalina, putrida* a).
Docet acidum vitriolicum, cancro adproximatum.

c. *Ammoniacali* b).
Docet materia calcarea.

d. *Syphilitica aut ſcrophuloſa* c).

e. *Plethorica, ex amenorrhoea* d).

f. *Atrabilaria* e). Itaque patet, cancrum omnino eſſe paſſionem, nequaquam morbum, quum eius natura omnino adeo varia ſit, ac morbi ſunt. Quare in eo, quod plerique naturam cancri perperam eamdem fecerunt, ratio forte quaerenda eſt, quod eius deſcriptiones adeo adhuc vagae et repugnantes exiſtant, vt et nos procul dubio parum frugi prolaturi ſimus, et quod medendi me-

z) C. A. BOEHMER d. de cancro occ. & ap. §. 11. N. BAVMBACH d. de cancro, aqua calcis ſanato. Goett. 1769. LE FEBUERE v. e. Mittel w. d. Krebs, Frcf. 1776. 8. etiam in d. A A f. pr. Aerzte. T. II. f. 4. p. 174. LERCHE d. de cancro mamm. Goett. 1774. §. 19.

a) PEYRILLE d. de cancro. LE FEBUERE l. c. BOEHMER l. c. LERCHE l. c. §. 14.

b) BOEHMER l. c.

c) BIERCHEN Abh. v. Krebs, LERCHE l. c. §. 16. SAUVAGES noſ. T. I. p. 149.

d) LE DRAN. Mem. de l'acad. de chir. T. 3. p. 37. ſq.

e) GALEN. m. med. l. 2. c. 12. LERCHE §. 17.

methodus huc vsque fere nullus sit certus, quum solum adhibeantur, quae creduntur esse specifica, citra respectum ad morbum. Vtinam haec Cl. Viros incitarent, vt naturam cancri, passionis adeo dirae, felicius perscrutarentur.

(b) Ambitu.

a. *Topicus:* qui variat iterum *gradu* :

α. Occultus. CANCER. Dicitur, quamdiu cutis integra affectam partem tegit: (phyma scirrhosum, lancinans, venis varicosis, profundo rubris, nigris, liuidis, obsitum, e quo facile sanguis profluit). Si e scirrho oritur, rubere incipit et prurire tumor scirrhosus, huc vsque naturali colore praeditus, et sensus expers, vt adfecti non absque damno fricent et scalpant. Subito crescit scirrhus, immobilis fit, asper et inaequalis. Rubore tandem purpureo liuidoque perfunditur tumor, et venae circumdantes intumescunt. Cutis, cancrum tegens, profunde rubet, et flaccida simul et rugosa est. Dolor ingens accelerat pulsum, sed simul deprimit, constringit, tenuem debilemque reddit. Dolor ille primum plerumque per interualla aegrum excruciat, subito oriens, subitoque recedens, sensim frequentius, tandem continuo, aegrum torquet et vrit, a viuo quasi igne natus, vel pungit, quasi aciculis excitatus. Tandem venae plurimae, liuidae, atro sanguine turgidae, circumdant cancrum, qui in apicem tandem eleuatur, rupturam minantem citra fluctuationem.

β. Apertus. CARCINOMA. Ex occulto oritur carcinoma, seu cancer apertus et exulceratus, qui dicitur simul, atque cutis disrupta et exesa est. Oritur scilicet in eminentiori plerumque tumoris loco excoriatio et tenuioris saniei stillicidium: tandem vero rima adparet, ex qua plerumque prodit fungosa cancri substantia. Quo facto omnia subito in peius ruunt, ichot

ichor effluit, male olens et acerrimus, carnem omnem vicinam non depaſcens ſolum, ſed ipſa etiam linteamina erodens; tamque horrenda vlceris dyſodia eſt, vt aegri omnem adpetitum, ſenſim vero guſtum et olfactum perdant. Labia vlceris tumida, dura, calloſa, retorta, coloris nunc pallidi, cineritii, nunc, liuidi, nigri, lucidi, viridis, variegati ſunt. Dolor vrens, pungens, intolerabilis, quietem et ſomnum fugans, exhauriens vires, vt aegri lipothymiis et conuulſionibus corripiantur. Frequenter haemorrhagia e vaſis eroſis eo plus periculi adfert, quo magis exhauſtos debilitat, et quo difficilius ſanguis ſiſti poteſt, diſſolutus enim ſanguis e locis corroſis erumpit, quibus medelam non feras. His tandem febris accedit ſumma, macies ſumma et lenta plerumque mors f).

b. *Vniuerſalis.*

Tumores, aut vlcera, plura, in varia parte corporis enata, refractaria lippitudo: aut ſolitaria enata poſt ſublationem prioris.

GANGRAENA. (Poſt phlegmaſiae topicae ſigna, et denegatam reſolutionem benignam, aut ſuppurationem) paſſione laborantis, partis functio perit, pars adfecta frigeſcit, molleſcit, flacceſcit, et digiti impreſſi veſtigium, phlegmatiae inſtar, retinet, anodynia, paralyſis, color e natiuo, vel phlogiſtico, vel hydropico, in atrorubrum vel pallidum, dein liuidum, griſeum, nigricantem tandem, tranſit, epidermis a cute ſecedit, ſquammas, vel veſiculas formans, prodeunte ichore ſubrubicundo, pallide flauo, ac tandem atro, aut liuido, carnes paſtaceae, putrida, foetidiſſima, cadaueroſa diſſolutio. Simul in vniuerſo corpore: horror frequens, ſumma debilitas, in motibus vitalibus et voluntariis conſpicua, putor cadaueroſus, ſudorem, vrinam, et deiectiones inficiens, ſubſultus tendinum, conuulſiones, extrema frigida, latice glutinoſo perfuſa.

N. SPHA-

f) Species et varietates a varia ſede v. ſub. m. anon.

N. SPHACELVS dicitur, quum in tali parte omnis ſenſus et motus periit, foetorque cadaueroſus adeſt. *Gangraena* et *humida* illa vocatur.

NECROSIS. *Gangraena ſicca*. QVESNAY. Poſt partis dolorem, ſtupor, ſenſus et motus amiſſus in parte, citra cauſſam externam, vel gangraenam alias arceſſentem internam, color natiuus in liuidum, plumbeum, nigricantem mutatur, toroſa corrugatur, mollis, calida, inodora, ſiccefcit, frigefcit, et plerumque foetet, dein ſuperuenit ſuppuratio gangraenoſa, laudabilis, quae emortuum a viuo ſeparet, ſalvo aegro. Potiſſimum extrema occupat.

VVLNVS. Continui ſolutio recens, hians, a cauſſa mechanica, pleruinque cruentata, phlegmaſia.

MACIES. MARCOR. MARASMVS. Corporis totius conſumtio, debilitas, gryposis, oculi pellucidiores, vrina tenuis, ſedimentoſa, furfuracea, muſculorum euaneſcentia.

a. TABES. Maraſmus cum pyrexia, febri, lenta, habituali.

b. ATROPHIA. Maraſmus apyretos.

c. ARIDVRA. Macies topica g).

MORTIS mentio iniicienda, quae eſt ſublatum virium, homini propriarum, commercium. Pulſus nullus, apnoea, vaſculis pectori adpoſitis agnita, oculorum obſcuratio, tunica cornea, pituita alba ſuffuſa, maculae cutis ſubliuidae in ea parte, qua iacet corpus, omnium, ſtimulorum, ferramentorum, cauteriorum, ignis, frictionum, irrita adplicatio, foetor mephiticus, rel. h).

Et ſic quidem propoſitae ſunt paſſiones, quibus adiicere mentionem de earum ſymptomatibus praecurrentibus atque exitu ideo fere dubitaui, quod in vniuerſum vix liceat in patho-

g) a, coxae. Atrophia iſchiadica COTUNNI §. 7.

h) Differunt ſigna ſecundum mortis genera, vt alia ſint mortis ſenilis, alia morboſae, dicta, ſecundum varios morbos praegreſſos, alia violentae, ſubitaneae, lentae, quare cf. GRUNERI Sem. §. 925. ſq. — Secundum cauſſas eſt paralyſis, cerebri, cordis, pulmonum.

pathologia, tam generali, quam ſpeciali, certa de illis proferre, quoniam illa tum a morbo, tum ab impetu, aliiſque paſſionibus adiunctis vere pendent. Pari quoque de cauſſa aetiologiam pathologicam ſpreui, ſiquidem abſque noua, ſollicita, diuturna, et demum forte irrita, obſeruatione non licet cauſſas paſſionum veras inuenire, vulgo enim venditae reſpectum ad morbos habent, male neglectum, vt mirari nequeas, tantam, eamque vagam, apud auctores multos celebrari cauſſarum farraginem.

Atque in eo quoque ratio continetur, quod pathologiae methodum anatomicam ſeruarem. Scilicet abſque aetiologia pathologica genuina affinitas paſſionum dari nequit, vnde fit, vt ob affinitatem cauſſarum aliis aliam viſam, aut ob affinitatem paſſionum ipſarum, ſecundum phaenomena, aliis aliam adparentem, ſyſtemata pathologica (noſologica) varia eruerent auctores. Quare, ſi tua intereſſe putes, ad SAUVAGESIUM, VOGELIUM, LINNEUM, MACBRIDIUM, Cl. CVLLENVM, SAGAR, confugias, aut ipſe affinitatem aeſtimes et nouam condas doctrinam.

NO-

NOSOLOGIA.

Omnes morbos ſic conſiderare oportet, vnde cuique natura ſit. Et, ſi ſic conſideraueris ac deprehenderis principium morborum, minime aberraueris.

HIPPOCR. *de adfect*. n. 27.

Medici eſt, ad vnumquemque morbum inuenire remedia. Quale autem eſt principium viae, quae illuc ducit? Morbi cognitio.

GALEN. *meth. med.* L. 2. C. 7.

NEVROSIS.

NEVROSIS, *morbus ſine materie Auct.*, morbus eſt, ſolidis praecipue infeſtus, hinc labe potiſſimum ſyſtematis neruoſi et irritabilis conſpicuus, ſtipatus epigenematibus, ſaepe nec cauſſis manifeſtis, nec rationi inter ſe mutuae, reſpondentibus, auctus ab euacuantibus, maxime validis et corrigentibus, qui per ſe ad pepaſmon procliuis non ſit, neruinis, roborantibus, vario titulo inſignitis, alleuiatus, ſuperandus.

Inſignis itaque potiſſimum eſt debilitate motuum voluntariorum, eorumque ortu inordinato, debilitate ſenſuum et intellectus, aut iiſdem citra rationem adauctis, pulſibus et reſpiratione debilibus, propenſione ad eclipſin, ſignis ſpaſmi, atoniae, euacuationibus varie abnormibus [a]).

CAVSSAE.

Formalis eſt debilitas ſyſtematis neruoſi et irritabilis particularis.

Remotae ſunt multiplices, vita, a parentibus debilioribus adepta, aetas infantilis, ſenilis, ſexus ſequior, vita iners, otioſa, ſedentaria, abuſus pathematum, exercitii defatigantis, victus, veneris, vigiliarum; morbi praegreſſi, maxime ſepſis, ſaburra, lithiaſis, praeſertim excitantes paſſiones, neruoſo vigori, irritabilitati, directe, indirecteue infeſtas, nimiaeque euacuationes, contagium.

ENERGIA.

Rara per pepſin, et lenta, lyſis, adiuta tamen frequentior, quam pepaſmos, qui maxime fit per diaphoreſin.

CVRA-

a) Cf. GLASS. Comm. de Febr. VII. p. 107.

NEVROSIS.

CVRATIO.

Indicationes.

1. Vigor neruosus excitandus, restaurandus per fugam caussarum et neruina congrua.
2. Respiciendum ad morbum praegressum, aut comitatum, non raro laruatum, cui occurrendum.
3. Energia adiuuanda, excretiones moderandae.

SPECIES.

I. ERETHISMVS. SENSIBILITAS b).

Magna et praeternaturalis sensilitas et irritabilitas, definita per characterem neurosis, epigenemata mox dicenda, passiones potissimum neruosas, caussas, mox stabiliendas, et leuamen a curatione, modo proposita, cum aegroti animi abiectione, periculo autem facile plerisque dissimulato. Decursus contra coctionis leges eueniens, vt praeter rationem signa coctionis apparentis mox, euanitura, contingant.

EPIGENEMATA.

Passiones neruosae iam ab ortu conspicuae, eclipsis, propensio in syncopen a situ erecto, motu leuissimo, delirium mite, taciturnum, gelasmus, lingua albida, sitis et calor mediocres, propensio in euacuationes largas, facile citra conscientiam emissas, atque exanthemata. Vrina, pulsus, respiratio, fere naturales, vt tamen debiliores pulsus existant.

CAVSSAE.

Contagium, constitutio epidemica, seminium aëreum, sepsis, etiam biliosa, saburra, aut praegressae, aut comitatae, accidentes corpori debili, molli, vel diutius persistentes, vel male tractati, vel designati, vel laruati sint morbi dicti.

ENER-

b) Morbi maligni auct. Febres atactae SELLE. Gen. 2.

NEVROSIS.

ENERGIA.

Rara, nisi adiuuetur communi, supra stabilita,

CVRATIONE.

N. Neutiquam in me suscipiam, componere clar. Vir. in definienda malignitate dissensum. Forte autem duplex statui potest. *Actiua*, dicta, et *passiua* mox dicenda, sub torporis aut eclipsis nomine. Vtraque vere plus minus alteri morbo debetur, vel praegresso, vel comitato, interdum laruatis, vt malignitas omnino ambigua vox sit, quum gradu tantum differat a reliquis morbis, alienatum potissimum systema neruosum et irritabile supponens.

II. ECLIPSIS. TORPOR c).

Neurosis, lenta dicta, sensilitate et irritabilitate, imminutis, conspicua. Stupiditas, stupor, animi, ingenii, eclipsis, calor mediocris, sitis nulla, lingua arida, aspera, tremula, pulsatio circa praecordia, vel vmbilicum, alysmus, respiratio tarda, laboriosa, signa spasmi, dysphagia sine obice in gutture, vomituritiones, vomitus, aeruginosi, non leuantes, saepe cum syncope, oculi fixi, fulgentes, illacrimantes, tinnitus, cophosis, dolores artuum, pyrexia passiua, erronea, paraphrenitis, energia otiosa: nulla aegroti de suo statu desperatio. Pulsus debiliores, saepe parum abnormes.

CAVSSAE.

Communes, cum priori.

ENERGIA.

Otiosa, raro facile adiuuanda, quum nec morbus comitatus facile detegatur, nec tuto sibi satis fieri per torporem liceat.

CVRATIO.

Communis, dicta.

c) Febres atactae SELLE. Gen. 1. & 3. huc.

NEVROSIS.

N. Videtur tum erethiſmus, tum torpor, eſſe progenies ſympathiae potiſſimum externae, licet interna, vt neceſſe fere eſt, ſimul agat. Internae autem potiſſimum debentur ſpecies 4. et 5., mox dicendae: ſequens languor vtrique, tum externae, tum internae, communis eſſe videtur.

III. LANGVOR. ANAIMIA.

Neuroſis, plerumque ſecundaria, vel per morbum varium, vel eius paſſiones, inopiam humorum inducentes.

EPIGENEMATA.

Communia: praeterea habitus ſtrigoſus, cutis arida, macilenta, imo marcida, facies lurida, epithelio tecta pallidiſſima, genae pendulae, oculi excauati, amblytes, ſyrigmus pertinax, lingua albicans, pallida, diarrhoea, diabetes, ephidroſis, non raro alternantes, morbum augentes, phlegmatia pedum, ſubinde hydrothorax, agrypnia, ſuſpiria, athymia, moeror, timor mortis, quam venientem non exſpectant, vrina pallida, venae abditae, pulſus exiles, vacui, debiles, tamen ſubduri aliquando. Leuamen ab eupeptis, grate et leniter roborantibus, motu mediocri, ſi licet, frictionibus.

CAVSSAE.

Morbi, eorumque paſſiones, humorum inopiam, euacuatione larga, inducentes, aut (in illis) abuſus phlebotomiae, draſticorum, diureticorum, diaphoreticorum, veneris, rel., maxime in debilibus, hanc inducunt.

ENERGIA.

Rara, adiuuanda per

CVRATIONEM,

Potiſſimum communem, moderando maxime paſſiones, humores vltra exhaurientes, victuque eupepto, reficiente, non commouente, diaeta lactea, gelatinis, ouis ſorbilibus,

NEVROSIS.

libus, offis, ex carnibus iuniorum animalium, leniter roborantibus, motu congruo, frictionibus, energiam excitando.

IIII. IRRITABILITAS. CONTRACTILITAS.

Neurofis, plerumque chronica, feu longa et tarda et periculi plerumque expers.

Epigenemata communia, maxime frequentes hyfteria et hypochondriafis, vt ab his fere nomen accipiant paffiones pleraeque.

CAVSSAE.

Communes, potiffimum temperamentum debile, tenerum, irritabile, hyftericum, dictum, vita cafta puberum, in fequiori aetas potiffimum vltra annos 40.

ENERGIA.

In aetate iuuenili per haemorrhagias, diarrhoeam.

CVRATIO.

Communis.

V. PERIODVS. *Morbi periodici, febricofi Auct.*

Neurofis periodica, typica, acceffio, febrili intermittenti perquam fimilis, infidiofa, faepe alium morbum, faburram, fepfin, fimulans, coctionem fponte non fubiens, fed adiuuanda roborantibus, anodynis, larga faepe manu offerendis, neglectis indicationibus morbi fimulati.

ENERGIA.

Otiofa; non raro inopinato mors ad 2. 3. infultum.

CVRATIO.

Dicta communis.

N. Fateor, characterem morbi periodici aegre definiri. Sed proprie videtur effe neurofis fp. 1. 2. 3. 4. periodica. Sed quomodo difcerni poteft paffio neruofa periodica, a perio-

riodica alius morbi? Num sufficit has passiones febricosas, intermittentes dixisse, alius morbi passiones similes, periodicas, aut contra? Num sufficit statuere, vel morbum vere abesse, vel tantum cessare? Cephalalgia periodica haemorrhoidalis vult haemorrhoidis prouocationem, haemorrhois periodica est; num morbus cessat, an abest, dum illa non comparet? Passiones neruosas periodicas dicunt facere insultus, intermittentibus perquam similes. At abest saepe hic character, v. c. vrina lateritia in apyrexia, aut extra paroxysmum.

Igitur si quid video, num passio, quae periodica est, ad neurosin, an ad alium morbum pertineat, debet colligi ex praesentia, aut absentia, signorum morborum reliquorum, aut neurosis.

Fateor quoque, ob auctorum in his negligentiam, me vix euitare potuisse, quominus exempla passionis periodicae neruosae enarrarem, quae ad alium forte morbum pertinuissent, quod condones, velim.

SEPSIS.

SEPSIS est morbus aduentitius, insidiosus, periculosus, labebilis ea, vt facile corporis destructio fiat, potissimum conspicuus, vt plurimum breuis, et celer, sporadicus, facile epidemicus et contagiosus, omnis aetatis, sexus, et vitae generis, homines adoriens.

EPIGENEMATA.

Virium prostratio iam ab initio magna, oculorum splendor imminutus, oculi, dentes, labia, sordibus tecta; anima ante pastum foetida, lingua mane sordida, dein alba, postea fusca, liuida, nigra, tumida, arida, sapor aduersus, quasi a rebus putridis, fauces squalidae: dolores vagi; spasmi species in cardia, vel anxietates praecordiorum, nisi vomitus,

SEPSIS.

vomitus, vel diarrhoea, sufficientes, ceterum symptomaticae, comparuerint; animi abiectio notabilis, dolores capitis, et lumborum frigus; pulsus, initio et vigore, celeres, parui, subduri, postea obscuri, inaequales: decubitus in dorsum, interdum abdomen, vt aegri e mutato in hunc facile reuertant: albi oculorum rubor, et quasi inflammatio, genae roseae, constantes in facie tristi, inflata, deiectiones et excretiones acres, foetidae, cito admodum putrescentes: vrina rubra, crassa, lurida, vappida, subnigra, et olida, aut nullum sedimentum, aut furfurosa, inaequaliter sparsa, continens; aluus nigra, foetidissima; ephidrosis oleosa, foetida, colliquatiua, non leuans; sitis magna et intolerabilis; haemorrhagiae, sine impetu humorum aucto, contingentes; exanthemata symptomatica, raro critica: sanguis missus floridus, interdum foetidus et saniosus, laxiori et molliori contextu, corium cum crassamento minus cohaerens, serum magis flauum, aut rubicundum, interdum cuticula viridescente, aut coloribus arquatis micanti, obtectus.

CAVSSAE.

Formalis est dyscrasia bilis.

Remotae sunt, quae vires neruosas infringunt, solidorum laxitas, debilitas neruosi systematis, et quae polycholiam et bilis dyscrasiam efficiunt, vt omnia ea, quae bilem excernendam retinent, aut omnino augent; hinc animi adfectus, maxime ira, tristitia, timor, terror, transspiratio, excretio bilis, eiusque secretio, cohibitae, metus, tristitia; haustus effluuiorum, aëris mephitici, putridis effluuiis referti, praetereaque forte non renouati, calidi, humidi, potus subputridorum, facile putrescentium, aut liquorum spirituosorum, aut frigidorum, aestuante corpore epotorum; abusus ciborum ex regno potissimum animali, inprimis subputridorum, oleosorum, ex fructibus horaeis, melones,

SEPSIS.

lones, brassicae, aliaque vegetabilia corrupta; euacuantia, vesicatoria, alexipharmaca, morbo saepe aduersa, scabies repulsa, contagium, rel.

ENERGIA.

Post coctionem ephidrosis, diarrhoea. Coctionem adiuuant emesis, catharsis.

CVRATIO.

Indicationes.

1. Dyscrasiae succi bilarii, eiusque abundantiae, obuiam eundum.
2. Cauendum, ne transeat in neurosin.
3. Excretiones symptomaticae ante coctionem impediantur.
4. Energia et pepasmos adiuuentur.

SPECIES ET VARIETATES.

I. SEPSIS SIMPLEX [d]).

EPIGENEMATA

Sepseos, calor tactui mordax (non tantus, vt de eo conquerantur aegri, digitis autem diutius tangentibus molestus, quibus videatur sensim acrior et viuidior e profundo veluti exsurgere, vt digiti quasi aciculis pungantur) leuamen ab emesi, catharsi, minus tamen, quam in biliosa: iuuamen ab acidis, alumine, cortice, camphora, vino, epispasticis ex armoracia, sinapismis.

CAVSSAE.

Communes. *Formalis* est dyscrasia bilis, laedens potissimum per sympathiam externam: caussae, inflammatione simplici maiores, BOERHAAVII [e]), vbi inflammatio vera neglecta, et regimine exaestuante ad maiorem vehementiam euecta est.

ENERGIA.

Pepsis. *Pepasmos* per diaphoresin post coctionem.

CVRA-

d) Febres continentes SELLE. Gen. 2. e) §. 84. 100. 689.

SEPSIS.

CVRATIO.

Indicationes.

1. Plethorae concurrentis, aut excitandae energiae cauſſa, in homine ſanguine non pauco repleto, phlebotomia inſtituatur.

2. Emeticum propinetur, vt abundantia ſucci bilarii imminuatur et praeuertatur catharſis ſpontanea ſymptomatica.

3. Imo et catharticum ſuccedat, et aluus per totum morbum ſeruetur aperta, eluatur putridum, enemate calido.

4. Fugiantur cauſſae, hiſque contraria fiant, hinc victus e carnibus per totum morbum fugiatur, fructus horaei maturi et acida propinentur: potus frigidus praebeatur, aegerque ante coctionem interdiu ſedeat erectus in ſella.

5. Ephidroſis et diarrhoea, ante coctionem malae, acidis mineralibus caueantur.

6. Spontanea et mediocris ſudatio nocturna poſt coctionem comparens, leuans, ſuſtineatur.

7. Energia, ſi opus eſt, excitetur epiſpaſticis, vbi pulſus languet, nec fauces admodum ſiccae ſunt, poſt coctionem, cortice Peruv., vino, diaphoreticis, moſcho, phoſphoro, rel.

8. Recidiua caueatur.

II. SEPSIS BILIOSA f).

EPIGENEMATA

Sepſeos et ſaburrae, calor acrior, quam in ſimplici, leuamen ab emeſi, catharſi, maius. Craſſamentum tenue, reſolutum.

CAVSSAE.

Communes. *Formalis* eſt dyſcraſia bilis, in primis laedens per ſympathiam internam.

ENER-

f) Febres remittentes gaſtricae SELLE. Gen. 2.

SEPSIS BILIOSA.

ENERGIA.

Pepasmos per emesin et catharsin praecipue.

CVRATIO.

Indicationes.

Communes: maxime vero emesis et catharsis, repetitae conducunt: vt tamen emeticis praemittas inuoluentia et lenientia, vbi acrimonia summa est, et in spasmis abdominalibus grauioribus, omne emeticum in purgans conuertentibus cum malo euentu g), regioni epigastricae prius vesicatorium adplices, quod et locum habet in inflammationibus occultis iam natis, cum discutientibus aliis.

A. SEPSIS BILIOSA PITVITOSA h).

EPIGENEMATA

Sepseos biliosae: lingua, glutinosa alba substantia, quasi lardo, obducta, quae et os et fauces non raro obducit; pulsus debilis, intermittens; febris lenta; vrina tenuis, limpida; cruor dissolutus, glutinosa crusta obtectus, ex lamellis, serum continentibus, constans, nec flammam facile concipiens.

CAVSSAE.

Communes.

Remotae: constitutio aëris frigida et humida, alimentorum nopia, atque inedia, mala atque insana diaeta, et sordidum vitae regimen.

ENERGIA.

Communis.

CVRATIO.

Indicationes communes cum iis in sepsi biliosa.

B. SEPSIS BILIOSA VERMINOSA i).

EPIGENEMATA

Sepseos biliosae et saburrae verminosae. Pulsus arteriarum nunc duri et celeres, nunc irregulares, intermit-

g) WIENHOLT. d. de inflammat. occ. p. 27. n. i.

h) Febres remittentes gastricae SELLE. Gen. 3. Epidemia, a SARCONE, v. Cel., descripta.

i) Febris verminosa SELLE. Gen. 2.

SEPSIS BILIOSA VERMINOSA.

mittentes, vacillantes, vel debiles. Lingua, primis diebus ſanae ſimilis, verſum apicem vt plurimum contracta, iiſque breui arida, fiſſa, cruſta fuſca obuelata, nigreſcens paullatim, tandem in rimas ſulcata, ſudores circa collum. Vrina, initio naturalis et ſanae ſimilis, citrei coloris, in pleriſque manet tenuis, aut cum enaeoremate ſuſpenſo, paucis vrina ſaturata prodit, quae tarde ſedimentum deponit, expulſis vero lumbricis et magmate putrido, quibuſdam hypoſtatica, indolis mucoſae, ſenſim albeſcente ſedimento, et ex crudo in coctum mutato. Vt plurimum vermes prodeunt, niſi febris ſubſit, vbi putridum magma eiicitur potius, quam plures numero vermes [k]), niſi vero ſub criſeos actu prodeant, recidiua peſſima [l]).

CAVSSAE.

Communes ſepſeos et ſaburrae verminoſae, maxime tempeſtas perhumida et pluuioſa: conſtitutio epidemica.

ENERGIA.

Per excretionem vermium ſub actu criſeos.

CVRATIO.

Indicationes communes.

SABVRRA.

SABVRRA (*primarum viarum auct.* [m])) eſt morbus, congenitus, aduentitius, vtplurimum breuis et celer, raro periculoſus, digeſtione laeſa potiſſimum conſpicuus.

EPIGENEMATA.

Lingua ſqualida, plus minus flaua; flauo vireſcente humore obducta, prominentibus quaſi villis, flaua viridique materia tinctis, hirſuta; os amarum, ſapor putridus, pituitoſus, iners, acidus,

k) v. d. BOSCH p. 56.
l) Idem l. c. p. 66.
m) Cf. Introd. p. 14.

SABVRRA.

acidus, acidiſſimus, auſtero-acidus, fauces exurens, acidum quaſi vitriolicum ſpirans, dentes ſtupefaciens, quin et nauſeoſe dulcis: dentes ſordidi: vomitus bilioſi, iique materiae viridis, aeruginoſae, vitellinae, porraceae, cruentae et nigrae, pituitoſi; anorexia, cardialgia; facies praerubra, quaſi minio picta, tamen ad oris labiorum commiſſuram, et narium pinnas ruborem excipit pallor, ex flauo vireſcens; ſimul ſplendor oculorum, quaſi lacrimis innatantium; vrina iumentorum; ſanguis, cruſta phlogiſtica, ex flauo leuiter vireſcenti, tectus; ſerum magis flaueſcens. Aliquando, et potiſſimum in pyrexiis, nullum fere horum ſignorum adeſt, ſola diarrhoea, facies praerubra et oculi ſcintillantes, tremor labii inferioris, pulſus celeriores, molles, — aut tantum vrinae parca copia frequenter miſſae, profunde flauae, principio ſtatim deponentes; leuamen vero ab emeto - catharticis, augmentum a phlebotomiis, rel. morbum produnt [n]).

DIFFERENTIAE.

A. *Materiae ſupra*, ſeu circa ventriculum, turgentis, ſigna ſunt: corporis totius laſſitudo, impotentia ſubita, horrores, lingua ſordibus obſeſſa, os amarum, cibi faſtidium, oris ventriculi morſus, praecordiorum moleſtiae et tumores, facile digitis cedentes, ſeu hypochondria turgida, pectoris anguſtiae et oppreſſio, dolor ventriculi et lateris ſub ſepto tranſuerſo et infra coſtas haerens, ſed abſque praecordiorum inflammatione, extremorum frigus, capitis totius grauitates et dolores, vertigo, oculorum caligines, mentis marcor, animi abiectio, inquietudo, anxietas, iactationes.

B. *Materiae, infra* (praecordia,) ſeu intra inteſtina turgentis, ſigna ſunt: genuum grauitas, lumbago, ventris diſtentiones, murmura, tormina, alui egeſtiones liquidae, ſincerae, corruptae et acres [o]).

N. Huc

n) Cf. STOLL I. 35. 47.

o) Cf. GLASS. Comm. VII. p. 75.

SABVRRA.

N. Huc morbus et paſſiones *bilioſi auctorum:* morbus ab acido, nidoroſo, rel. Saburra enim, collecta in viis primis, varia ſtatuitur, et potiſſimum ob amaritiem, vomitus materiae flauae, bili tribuitur, tanta vero non raro copia adeſt, vt bili tribui nequeat, quae praeterea potius ſepſin bilioſam efficit p).

CAVSSAE.

Formalis, irritabilitas et debilitas humorem gaſtricum, entericum, ſecernentium, eiuſdemque largior ſecretio et mora.

Remotae: dyſpepſia, maſticatio neglecta, euacuatio meconii, faecum aluinarum, tarda, conſtitutio epidemica, ver et aeſtas, ira, potiſſimum aeſtate, moeror, metus, nimia ciborum, potiſſimum e regno animali, ſub digeſtione tardiori, ingurgitatio, rel.

N. „Aeſtate bilis dominatur, feruidiore meraca, mobiliſſima, frigidiore humidioreque pituitoſa et inertior. — Id diſcriminis inter morbos bilioſos veris et adultae aeſtatis obſeruatur, quod illi ſaepe phlogiſtici quid ſibi iunctum habeant, aut excuſſis licet ſordibus in inflammatorios migrent, rarius in malignos, hi vero, quos aeſtas et auctumnus gignit, ſeptici quid malignique ferant, aut in malignos facillime mutentur. Maior etiam eſt materiae mobilitas fluiditaſque vere, quam auctumno q).„

2. „Difficile ſaepe eſt, iudicare, num ex ventriculo, aut cerebro nauſeae, dum plethora cerebri ſordes ventriculi ſaepe mentiatur r).„

ENERGIA.

Plerumque per pepaſmum, per emeſin, catharſin.

CVRA.

p) Cf. Cel. STOLL. R. M. T. I. p. 30. et de HAEN. pr. p. T. II. p. 256.

q) STOLL. R. M. I. 33.

r) TISSOT. ep. de var. apopl. p. 118.

SABVRRA.

CVRATIO.

Indicationes.

1. Plethorae, ſi adeſt, primum ſatisfiat.
2. Materia mobilis, turgens in ventriculo, emetico-cathartico educatur, quouſque ſaburra vera latet, niſi quid contraindicet.
3. Succedat, aut eius n. 2. vices ſubeat catharſis, vbi turget in inteſtinis, aut emeſis vetatur.
4. Fugiantur cauſſae, et euacuatione ſufficienti inſtituta, ventriculus et inteſtina roborentur.
5. Materia tenax, non mobilis, moueatur potu multo, diluente, reſoluente, ſalinis, aliiſque reſoluentibus.
6. Saburra acida, praeter dicta admittit praeterea acidum abſorbentia, terrea, carnes animalium, maxime auium rapacium, vegetabilia non facile aceſcentia, roborantia, amara, martialia.

N. Non ſemper linguam ſordidam eſſe, licet ventriculus ſaburra abundet, nec tamdiu emetica exhibenda eſſe, quamdiu adhuc eadem ſordida eſt, aliaque ſigna ſaburrae adſunt, quae a ſuccis gaſtricis, largius confluentibus, ceterum ſanis, eſſent, egregie docet STOLL [s]).

SPECIES ET VARIETATES.

I. CATARRHEVMA BILIOSVM. Morbus mucoſus WAGLERI. Signa ſaburrae et catarrheumatis.

CAVSSAE.

Communes. *Remotae*, quae tranſſpirationem ſupprimunt, et humores ad abdomen inuitant; praeterea habitus valetudinarius, praeſertim abdominis debilitas, conſtitutio epidemica, tempeſtas humida, victus aſper, obſtruens, panis defectus, carnes corruptae, defectus victus vegetabilis, aqua impura, potus ſpirituoſus, exhalationes mephiticae, animi adfectus, rel.

ENER-

s) L. c. l. p. 343. et 348.

SABVRRA. CAT. BIL.

ENERGIA.

Crisis per emesin, diarrhoeam, icterum.

CVRATIO.

Indicationes. Communes euacuantia.

N. In catarrheumate inquiras, an proprie huc? [t]).

II. SABVRRA VERMINOSA [u]) est morbus, designatus per signa saburrae et vermium intestinalium: quorsum corpus debile, oculi concaui, lacrimosi, renitentes cum pupillae maiori dilatatione et nigredine, hypophthalmia, et albi liuor, vertigo; rhinocresmus, haemorrhagia; alterutrius genae phlogosis; odor oris proprius, acido-putridus, vappidus; prisis, ad frontem, circa oculos, supra orbitas, ad nasi radicem, ad tempora, dolor; sensus titillationis quasi vermis ad oesophagum, thymos, anorexia, bulimia; respiratio varie laesa, mutitas; cordis motus inordinatus, febris, cum pulsu non raro inaequali, paruo, intermittente; dolor vagus nunc lateris, nunc ventris, spasticus, acerbus; aluus, praecipue noctu, sed inconstanter, laxa, mucida, frustillatim missa, ramentosa, leuans, grisea, dysenteriodes, tenesmodes; vrinae limpidae, turbidae, iumentaceae; sudores subfrigidi, subacidi, mucosi, rigores incompositi, vagi: aliaque pathemata varia; et vermium excretio, in febri vero potius deiectiones mucosae, cum physconia, atrophia.

Vermes intestinorum sunt *lumbricus*, *taenia* seu *lumbricus latus*, *ascaris lumbricoides*, eiusque species, *vermicularis*, *lumbricoides*, *trichuria*, *sesquipedalis L.*, *gordius*, *trichuris*.

Ex his *taenia* maxime se prodit: cardialgia, bulimia, vacuo stomacho, frequentiori et maiori: *excretione cucurbiti-*

t) Cf. RAHN d. de cons. §. 19. LORRY tr. de m. cut. p. 197.

u) MORG. XXXIV. 36. 37. Act. Suec. vol. 21. p. 150. Co. Li. XI. 203.

SABVRRA. VERM.

bitinorum cum pruritu podicis, ptyalifmo, lingua arida, crufta fufca obuclata, faepe aphthofa, anxietate; in abdomine dicunt aegroti fe fentire fuctum, et periftalticum motum auctum (aut taeniae ipfius motus) in latere ponderis fenfus; adfectibus, in primis exeunte luna et initio nouilunii, M. Septembri et Octobri accedentibus, praefertim in locis, vbi pifces abundant: efu carnis falitae, vel fumigatae, pernae, braffìcae, armoracei, allii, facchari, affa foetida, fem. cinae, fl. fulphuris, vino acido, auctis x).

Afcaris vero *lumbricoides* infert maxime tormina, praecipue circa vmbilicum, et fubinde fubfultus intra abdomen.

Afcaris vulgaris, colon et rectum potiffimum, fed et alia inteftina, imo ventriculum occupans, praecipue proctalgiam, aut dyfuriam, imo leucorrhoeam, languorem, ftuporem, producit.

Lumbricus infert tormina, ad vmbilicum, praecipue luna decrefcente et ceffante.

Gordius infert rhinocrefmon, maxime vefperi, ptyalifmum, vomitum inopinatum, noctu fomnum inquietum, fudores, conuulfiones, hepatalgiam, fplenalgiam, borborygmos, cardialgiam, phlogofin faciei, inprimis. in latere finiftro: anxietatem, morofitatem, animi abiectionem, laffitudinem, ventriculi tumorem, tenfionem, *vomitum phlegmaticum*, plerumque poft alui depofitionem y).

CAVSSAE.

Communes, praetereaque debilitas, maxime abdominis, tempeftas humida, frigida, vnde et epidemica conftitutio, victus obftruens, abundantiam muci generans, praefertim inprimis viis, abufus pifcium, vermibus abundantium, rel.

ENERGIA.

Per pepafinum, emefi, catharfi, diurefi.

CV-

x) Taenia non femper folitaria, fed cum lumbricis etiam. Journ. de med. m. Juill. 1769. p. 222.

y) TRICHVRIS (WAGLER p. 41.) in coeco reperitur, femper in craffis.

SABVRRA. VERM.

Indicationes. Communes, inprimis:

1. Vermium nidus destruatur.
2. Vermes necentur.
3. Euacuentur congruo loco, emesi, vel catharsi.
4. Passionibus grauioribus occurratur.

N. „Vermes in h. c. frequentiorem esse morborum cum acutorum, tum lentorum, caussam, quam vulgo credatur: ita, vt persaepe contingat, in cura morborum medicum tamdiu inutilem, damnosumque aegrotantibus esse, donec vel ipse, vel qui ipsi suffectus fuerit, infortunio prioris sapiens, anthelminticam curam admoueat, aegrumque sanet.„ de HAEN z).

PLETHORA.

PLETHORA est morbus, raro congenitus, plerumque aduentitius, designatus per temperamentum sublaxum, sanguineum, faciem turgidam, rubram, aliasque partes, epithelio tectas, ruberrimas, aestum et grauitatem totius corporis, lassitudinem spontaneam, stuporem artuum, respirandi difficultatem; pulsus fortes, plenos, aut suppressos, subduros, somnum turbatum, linguam albam cum papillulis emicantibus, ophthalmiam crebram, vertiginem, tinnitum, cephalalgiam, carebariam, irritabilitatem maiorem, facile conquiescentem, vrinam flammeam, nec ante coctionem post refrigerium turbidam: comparentia praecipue sub praegressis, copiosa esculentorum eupeptorum, vi digestiua fortiore auxiliatrice, ingurgitatione, catameniorum, haemorrhoidum, epistaxeos, consuetae sanguinis euacuationis artificialis, perspirationis, rel. suppressione, et tempore his consueto, adiuuante praeterea tempestate et regione sicca, serena, frigida, aëreque leui: augmentum praeterea ab epulis, somnolentia, ignauia, pastu,

z) R. M. XIV. 173.

PLETHORA.

ſtu, commouentibus, roborantibus, antiſepticis, maxime acidis mineralibus; leuamen e contrario a haemorrhagiis, naturali et artificiali, et pulſuum obſcurorum, depreſſorum, rarorum, intermittentium, per phlebotomiam, vel paruam modo, vel repetitam, mutationem in elatos, magnos, frequentiores, velociores, fortiores, ſuccedentibus, ephidroſi alleuiante, aliiſque, huc vſque plus minus ſuppreſſis, excretionibus, et conditionibus, liberiores ſecretiones deſignantibus.

CAVSSAE.

Formalis, humorum, praecipue cruoris, abundantia.

Remotae: plurimae ſupra iam dictae, praetereaque in nuper nato ſanguis copioſe aduectus, tardiuſque ad matrem, maxime ſub tardo partu, ductus, nec per haemorrhagiam vmbilicalem imminutus; in adulto vita ſedentaria, ſomnus multus, cet.

ENERGIA.

Soluitur per pepſin ſub congrua diaeta, cauſſis contraria, vel per pepaſmon idque vel perfecte, dum criticae euacuationes, maxime haemorrhagiae, contingunt, vel imperfecte, dum ſingularis diſpoſitio ad haemorrhagias remanet, vt non raro periodicae fiant.

Atque in hoc praecipue morbo criſes veterum attendendae, vbi horrores, cum ſubſequente calore, pepaſmon denunciant, ſupra dicta ratione.

Critice quoque morbus tranſit in pyogeniam, morbum mox dicendum, ita, vt non raro alterum quaſi ſtadium ſit pyogenia, quaſi coctionis, ſaepe non vituperandae.

CVRATIO.

Indicationes.

1. Fugiendae cauſſae.
2. Pepſis adiuuanda per haemorrhagiam artificialem, pro conditionibus repetendam, et diaetam congruam.

3. Quod

PLETHORA.

3. Quod nisi licet, pepasmos adiuuandus, vel perfectus, praegressa non raro feliciter haemorrhagia artificiali, per haemorrhagiae spontaneae congruum moderamen, vel imperfectus tolerandus, nisi perfectus obtineri potest, et congrue moderandus.

4. Transitus in pyogeniam, nisi cum bonis aegroti rebus caueri potest, sic dirigendus, vt morbus iubet nouus.

SPECIES ET VARIETATES.

I. VERA. Sanguinis abundantia absoluta. Leuamen certum ab eius imminutione.

A. Polyaimia. Constitutio robusta, abundantia laudabilium humorum, morbi signa suppeditans.

𝔄. *Lactea* a). A partu, et prope partum, abundat lacteus humor, nisi per suctionem imminuatur, vt signa humoris lactei in corpore euanescant. Paucas passiones excitat, in pathol. spec. dictas. Lacteas enim metastases ad catarrheuma relego, quorsum verius pertinent.

𝔅. *Caelibatus.*

a. *Viri.* Signa morbi, polyaimiae, magisque obesae plethorae, hypochondriasis, febricula nocturna, intertrigo, haemorrhois, oscheocele spermatica, exoneirosis, gonorrhoea benigna, pustulae caelibatus dictae.

b. *In feminis* b). Tumor glandularum, dolor vrens, titillatione digiti exploratoris humor foetidus excernitur (in mare concumbente excitat gonorrhoeam benignam, effluxum humoris viridescentis, acris, phimosin), pustulae caelibatus, intertrigo.

B. Obesa. HEWSON. c).

Constitutio robusta, viscerum chylopoeorum vigor, ciborum eupeptorum vsus largus: polyaimia, colliquationem pinguedinis modicam, designatam per serum al-

 bescens,

a) LORRY. m. c. 281.
b) HELD. Auszüge, I. 251.
c) Abh. f. prackt. Aerzte IV. 2. p. 325 sq.

PLETHORA.

beſcens, lacteum, inducens, vnde plethorae ſigna augentur, habitus corporis tumidus, et quaſi ſpongioſus, facie florida, nitidula, elegante, pulſus parui, debiles, et vix detegendi, reſpiratio ſublaborioſa, poſt motum anhela, animo valde irritabili et facile ſedando, frigoris caloriſque impatientia magna, excretiones mutabiles, anorexia, vomitus, haemorrhagiae conſtantiores.

II. SPVRIA.

Humorum abundantia relatiua; leuamen ab euacuationibus ſanguinis adparens, verum a remotione cauſſarum, ſpuriam determinantium. Abuſus calidorum potuum, ſanguinis miſſionis, et aliarum excretionum, corporis vires, maxime ſolidorum, proſternentium.

A. Ad vires.

Signa debilitatis ſolidorum; ſanguis miſſus ſeroſus, vulnera, paralyſis ſigna.

𝔄. VNIVERSALIS.

Laxitas, teneritudo, morbi ſigna a leui exercitatione. Leuamen, ſalus, a roborantibus.

𝔅. PARTICVLARIS. *Congeſtiones auct.*

Signa roboris partis imminuti, ſanguinis detentio in illa parte, vnde ſigna morbi topici, rubor, tumor, dolor, haemorrhagia in parte adfecta, aut proxima. Leuamen ab adplicatione ad partes alias eorum, quae maiorem in his ſanguinis copiam inuitant, reuellentium, et roborantium, morbo conuenientium.

B. Rarefacta. *Incaleſcens, febrilis, a calore, victu,* rel. *auct.*

Admiſſa antea, aut actu praeſentia, calorem et impetum circuitus adaugentia. Leuamen a temperantibus, refrigerantibus, ſopientibus.

C. Ad vaſa.

Amputatio membri maioris facta; rigiditas, collapſus vaſorum ex ſenio.

N. Spu-

PLETHORA.

N. Spuria proprie pertinet tum ad hanc veram, tum ad alios morbos, et hic tantummodo ſpecies referuntur, quod ſoleant; ſed in aegrotis morbus quaerendus eſt verus.

PYOGENIA.

PYOGENIA eſt morbus, deſignatus per geneſin materiae purulentae, enatae ex lympha coagulabili, plerumque mucum, aliquando et adipem, et humorem ſeroſum, bilarium, imo ſoluta ſolida, recipiente, et mutatae in humorem, maxime albicantis aut ſubflaui coloris, proprie inertem, mora vero ſponte enata, aut aliunde admixta, acrimonia plus minus acrem et foetidum factum d).

N. Partes tendineae, aponeuroticae, ligamentoſae, membranaceae, glanduloſae, pus fundunt tenue, gryſeum, ſaepe foetens; in genitalibus materies purulenta ſingularem foetorem et virideſcens quid habet, ex teſticulo vlcerato pus interdum prodit filamentoſum.

I. PRIMARIA.

A. Spontanea (putrida Cl. FABRE.). HEWSON. CVLLEN. SCHMVCKER. PLATNER. QVESNAI. de HAEN. SCHROEDER. BOEHMER. BERLINGHIER. SARCONE. de SAUVAGES. LIEVTAVD. ACREL. Morbus, vbi purulenta materia naſcitur in toto corpore. Materia purulenta, pus nutritiuum BERLINGHIERII, eſt lympha, parum

d) Cf. QVESNAI. in mem. de l'ac. de chir. T I. p. I. p. 193. ſq. de HAEN. R. M. T. 2. c. 2. p. 18. ſq. de GORTER. ſyſt. pr. med. I. p. 104. §. 131 HALLERI el. phyſ. T. 1. SCHROEDERI d. de pur. abſque praegr. inflamm. gen. Goett. 1766. et d. de febrium putrid. differ. 1768. P. A. BOEHMER d. de gen. mat. pur. abſque praeuia infl. H. 1768. PLATNERI ſuppl. chir. I. p. 36 ſq. RICHTERI bibl. chir. T. I-V. SARCONE l c. §. 197. CVLLENI pr. med. I. §. 341. F. V. BERLINGHIERI penſ. int. a vari Soggetti di Medic Fiſica et chirurg. Lucc. 1778. HEWSON in auserl. Abh. f. pr. Aerzte T. I & IV. de SAUVAGES noſol. I. 167. ACREL chir. Vorſ. ed. 2. p. 364. SCHMVCKER. chir. Schr. T. I. p. 309. ſq.

PYOGENIA.

rum mutata per inflammabile. Pus ſpiſſum, glutinoſum, aqua grauius, oſtendens ſtrias, quaſi albuminis oui coagulati.

𝔄. Occulta. *Apoſtaſis* e).

Morbus, vbi pus naſcitur citra praegreſſam paſſionem topicam: exemplum ſiſtunt epiphora ſpontanea, et abſceſſus ſpontanei, a ſcriptoribus commemorati. Aliquando eſt ſepſis ſimulata.

𝔅. Deſignata. Abſceſſus.

Vbi puris geneſin praecedit paſſio, plerumque phlegmaſia, aut vulnus (deſtructionis partis expers).

a. *Idiopathica.*

Vbi pus ad eamdem partem aduehitur, ad quam referri debet et ſolet paſſio praecedens.

𝔞. *Sicca.*

Vbi nihil humoris in parte, quam occupat paſſio, depoſitum eſt, quod prius reſorberi debeat, quam ſuſcipiat materiam purulentam: exemplum ſiſtit peripneumonia.

𝔟. *Humida.*

Vbi humor, depoſitus in parte adfecta, immutandus eſt.

α. *Craſſa.*

Vbi humor, pure craſſior, in parte ſoluendus eſt prius. Exemplum ſiſtunt pulmonum tubercula, mutata in vomicas.

β. *Tenuis.*

Vbi humor, pure tenuior, in parte adfecta reſorbendus eſt ante puris depoſitionem. Exemplum dat variola.

b. *Sympathica.*

Quando pus haud ad partem adfectam, ſed ad aliam allicitur.

1. *Me-*

e) LIEVTAVD. pr. I. p. 252.

PYOGENIA.

1. *Metastasis* f).

Quando pus, prius ad partem adfectam allicitum, cum signis, iter puris a parte adfecta ad eam, in qua deponitur, indicantibus, per cellulosam, ad aliam partem fertur. Exemplum sistunt pneumonia, hepatitis, suppuratoriae, natae ex vulnere thoracis, capitis, cum doloribus colli, pectoris, sensu subitanei quasi aquae frigidae descensus.

2. *Metapostasis.*

Quando pus non ad partem adfectam, sed ad aliam, absque signis metastaseos, fertur g).

B. Topica. Apostema (suppuratio purulenta Cl. FABRE). Vbi pus nascitur in parte adfecta.

A. Simplex. C. MAGATVS. L. SEPTALIVS. BELLOSTIVS. PLATNER h). de HAEN i). LIEVTAVD k). Vbi pus nascitur coctione lymphae simplici, dum in parte adfecta lympha ope inflammabilis, non raro pinguedinis, vel largius secretae, vel fusae, mutatur in pus; aut serum ope inflammabilis mutatur in lympham, et haec coquitur in pus nutritiuum BERLINGHIERI.

a. Collectum in interiori parte, vt in apostemate, vomica.

b. Circa peripheriam partis fusa, vt inter pulmones et pleuram. Exsudatio inflammatoria HVNTERI.

B. Corrosiua l).

Vbi pus natum simplex, nutritiuum, mora, acrimonia nata, stimulo externo adhibito, erodit solida, cellulosam, vasa, neruos, rel., BERLINGHIERI pus corrosiuum, *ichor auct.* Pus minus spissum, minus glutinosum, aqua leuius, foetidum, acre,

II. SE-

f) Comm. Lips. XVIII. 460.

g) Cf. pyogen. hepatic. mon. BERTRANDI.

h) P. d. §. 13.

i) Pr. p. I. 147.

k) Sp. 3. p. 254.

l) LIEVTAVD. Sp. 4.

PYOGENIA.

II. SECVNDARIA.

Pyogenia primaria varia, redolens morbum, cuius vel comes eſt, vel pediſequa.

α. Inflammatoria, plethorica.

β. Traumatica, varia.

γ. Septica, vires frangens.

δ. Scorbutica.

ε. Syphilitica, rel.

Huc et paſſiones ab vlceribus, fonticulis, ſuppreſſis, quae ſunt progenies morbi occulti.

N. Qui indolem vere huc pertinentis humoris ſiſtit, purulentus mihi dicitur, qui hunc modo ſimulat, alius morbi humor, *puriformis* vocatur.

2. Characteres pyogeniae male definiuntur, tum quod natura purulentae et puriformis materiae, puris, ichoriſque tam per ſe aegre definiri poteſt, quam rei difficultas occurrit, quod tum ſpecies et varietates aut perperam a multis auctoribus negligantur, vt multi topicam ſolam agnoſcant, aut dubitent, vtrum ſpontanea admittenda ſit: tum denique, quod vere huc vſque ſigna deficiant. A paſſionibus enim, morbo praecipue ſollemnibus characterem repetendum vix eſſe, arbitror, quoniam, qui naturam morborum ſufficienter perſcrutatus eſt, concedat, oportebit, omni morbo eaſdem competere, hinc ſaepe ſaltim de morbo praeſenti dubitandum eſſet. Alia vero ſigna vix dantur: hinc primaria hic lex erit, quod phlegmaſia huius illiuſue morbi ſaepe ſoleat praecedere. Hinc ſi phlegmaſia, febris, dolores *adſunt*, alius etiam morbi, pyogenia erit exſpectanda, quum phlegmaſia nec benigne reſoluitur, nec tanta eſt, vt in gangraenam tranſeat, febris vero permanet, eademque forte decreſcente nihil in vrina deſidit (interdum enim, quum in vrina purulentum, albumque ſubſidet, abſceſſus ſoluitur) quumque tumor,

qui

PYOGENIA.

qui iam erat rotundus profundusque ab initio cum duritie et rubore adolescit, aegerque ipsius grauitatem sentit, et simul sitis et vigiliae crescunt: porro si aeger inhorret incerto tempore, et tumor mollescit, rubor pallescit, albescit, humorque, qui iam tumori inest, digito cedit, atque circumfluens id, quod non premitur, attollit, dolor remittit, grauitas augetur: quodsi altius seu profundius pus latet, vt in cute nil dictorum adpareat, aegrotus forte cum febri punctiones, locique pruritum sentit, et locus, visui patens, subliuidus et subalbidus fit: pulsusque fiunt pleni et molles: quae omnia, si adsunt, maxime pyogeniam topicam designant.

CAVSSAE.

Formalis est lymphae sepsis.

Remotae fere innumerae: proxime, quae aut putredini lymphae fauent, aut solida irritant, torpida reddunt, rel. inflammationes, vulnera, rel.

ENERGIA.

Saluti est pyogenia corpori, remouendo vel morbos alios, vel sui ipsius passiones soluendo per pus bene coctum, quod est, nisi corpus sit cachecticum, hydropicum, (vbi est tenue nimis, aut pallidum) aut senile vel languidum (vbi est crassum, glutinosum, muco simile), nec siccum nimis (vbi est crassum), nec vasa, ex quibus pus effluit, sunt vel compressa, aut adstricta, vel relaxata, aut resoluta, et iusta loci, in quo pus colligitur, temperies (aestate enim et calore topico crassescit, frigore tenuatur).

CVRATIO.

Indicationes.

1. Tantum modo puris paretur, quantum requiritur.
2. Pus bonae indolis coquatur.
3. Pus, quantum licet, ducatur ad partes ignobiliores.
4. Nobiliores partes ab eius iniuria defendantur.

5. Si

PYOGENIA.

5. Si ſponte e corpore exire ſtudet, eius exitus facilitetur, ſi confert.
6. Abſceſſus iam natus, continens pus coctum, aperiatur, ſi metaſtaſis, abſceſſu magis ſalubris, exſpectari non poteſt.
7. Metaſtaſis exſpectetur, promoueatur, quum abſceſſus eſt in loco nobiliori.
8. Abſceſſus ita moderetur, vt morbus primarius, aut paſſio grauior, ſuperetur, et nimia carnis iactura caueatur.
9. Abſceſſus, aut vlcus, purgentur, et reſtituantur partes in integrum, aut remanente fiſtula caueatur, ne morbus ab adfluentibus, aut tranſeuntibus maxime, humoribus reuocetur.

N. Indicationes pro rei dignitate vlterius euolui hic non poſſunt, aliqua tamen addam.

1. In ſpontanea occulta ſi abundat materia purulenta, videtur requiri, vt lympha reducatur ad cruditatem, quae obtineri poſſe videtur acidis et vſu cucumerum crudorum.
2. In reliquis, febris et phlegmaſia, praeſentes ita moderari debent, ne ſequatur gangraena, vtque naſcatur abſceſſus, facile ſanabilis, citra maiorem carnis iacturam.
3. In partibus glandulosis inſtans abſceſſus promouendus eſt mollientibus et leniter digerentibus, vt caueatur ſcirrhus.
4. In gangraena, ſphacelo, vlceribus, et vulneribus colliſis vexatiſque, pyogenia promoueatur.
5. Phlegmaſiae, quae diſcuti non poſſunt, ne tractentur nimium diſcutientibus; et reprimentibus, ne pars nimium indureſcat, et tantum malum vlcus ſuccedat.
6. Pus in apoſtemate, vulnere, caue, reprimas irritantibus, vt acribus, alcohole, aëre gelido, linamentis frigidis. Fugias et calorem nimium, puris copiam adaugentem, et pus facile in ichorem mutantem, partiſque exercitationem, maxime in ſenſibilibus ſubiectis, partibuſue.

CATAR-

CATARRHEVMA.

CATARRHEVMA eſt morbus, deſignatus per ſubiecta debilia, laxa, ſenſibiliora, phlegmatica, ſenilia, ſolida mollia, minus elaſtica: habitum albidiorem, tumidulum, frigidum, ſubmollem, duriuſculum, faciem pallidam et tumentem, linguam albam et mollem, ſaliuam inſipidam, dulcem, dyſpepſiam, torporem, circulationem tardiorem, pulſus languidos, raros, paruos, debiles, molles, et reſpirationem difficiliorem, excretiones aquoſas, pituitoſas, vrinam pallidam, aluum non raro laxam, liquidam, ſanguinem ſeroſum, et quum phlogiſtico analogus eſt, laxiorem, cruſtae et cruoris cohaeſionem. Leuamen a ſerum euacuantibus, imminuentibus.

CAVSSAE.

Formalis eſt abundantia ſeri, lymphae.

Remotae: ſuppreſſio euacuationum ſolitarum, maxime vrinae, diaphoreſis, diarrhoeae, vlceris, fonticuli; hinc et nocent mora in locis humidis, frigidis, paludoſis, recenter exſtructis, balneorum abuſus, intempeſtiuus aquarum mineralium potus, frigus, tranſitus ſubitaneus frigoris in calorem, et contra, ros veſpertinum, fumus, ventus, maxime humidus, ingeſta mucoſa, glutinoſa, farinoſa, non ſubacta, et fructus horaei, aquis abundantes, corporis quies, animi, triſtitia, cura, ſtudia, aetas puerilis et ſenilis, quae chylificationem et ſanguificationem labefactant.

ENERGIA.

Aliquando per pepſin, ſaepius per pepaſinon, dum vel excretiones ſeroſae ſupplentes oriuntur, vel labefactatae redintegrantur, aut excitantur congruae, hinc critica maxime, emeſis, catharſis, enureſis, diaphoreſis, anacatharſis, ptyaliſmus, excretio per nares, rel.;

CVRATIO.

Indicationes.

1. Fugiendae cauſſae, et cauſſis contraria admittenda: hinc

hinc conducunt habitatio in locis ſiccis, alimenta fermentata, aromatibus condita, corporis exercitium, ambulatio, vectio, frictio, ſuffitus aromatici, electriſatio.

2. Pepaſmos congruus promouendus, hinc laudanda emetica, cathartica, diuretica, diaphoretica, veſicatoria.

3. Niſi pepaſmos ſufficit, eductio ſeri artificialis per fonticulos, vlcera.

4. Superato morbo, ſolida roboranda, et morbus praecauendus.

5. Phlebotomia, aliaeque excretiones ſanguineae, iuuant maxime excitando et promouendo energiam.

SPECIES ET VARIETATES.

I. Verum. *Morbi ſeroſi, catarrhales, rheumatici, lactei, Auct.* Signa morbi: decubitus humoris ſeroſi ad partem, quare ludit in primis ſub forma catarrhi aut agalactiae, ſeu metaſtaſis lacteae, ſerum magis denſum, lympham, aut lac, ſimulans, excretione, retentione.

Cauſſae, energia et curatio, communes.

II. Hydrocatarrheuma: *morbi hydropici, aquoſi, Auct.* Signa morbi; decubitus humoris ſeroſi, lymphatici, in vaſis minoribus, aut cellulis partium, ſeu tela celluloſa, ſaepe ſaccatus, ſeu membranis incluſus. Serum vel ex adipoſis ductibus, vel ex abdomine detractum, medicamentis catharticis, diureticis, diaphoreticis, vel per ventriculum et inteſtina, vel per renes et cutim, abduci poteſt, atque in quadam membranae adipoſae parte tam fluidum eſt, vt cutis leui preſſioni cedat, vtque tumor tenui frictione ſenſim ſenſimque aut omnis, aut maximam partem, euaneſcat, colore cutis ſano et calore naturali, conſiſtentibus. Serum dilutum, ſaepe reſolutum et putredinis lentae indicia ſiſtens, a calore parum concreſcens.

Cauſſae, energia, curatio, communes, euacuatio per aluum, vrinam, cutim.

III. Pitui-

CATARRHEVMA.

III. Pituita: partim etiam *morbi hydropici Auct.*
Signa catarrheumatis inueterati. Serum nec per ventriculum atque inteſtina, nec renes cutimue, ope purgantium, diureticorum, diaphoreticorum, ſed ſola detractione, educitur, et quaedam durities in membranae adipoſae parte obſeruatur, cum colore cutis liuido et lurido; collectio ſeri in abdomine lenta, ſine praeuia membranae adipoſae generali, aut ſpeciali pedum tumore, ſine mutatione vrinae, ſine ſiti, et coloris in facie mutatione. Serum extractum, igni aut aquae bullienti admotum, in gelatinoſum concrementum abit, coloris liuidi, cinerei, aut fuſci, ſpumans, viſcoſum et ſaponaceo paullo tenacius, maxime ad finem detractionis: ex celluloſae parte adfecta, preſſione et medicamentis, in vicinas partes abduci quidem poteſt, ſed minus a ſanguine ſeparari.

— β. Pituita vitrea, gypſea *auct.*
Serum ſpiſſius, ad concreſcendum admodum procliue, non raro acrimonia ſtipatum: ſecretiones, egeſtiones viſcidae et glutinoſae, faeces ſiccae cum pituita copioſa et tenaci coniunctae, anacatharſis viſcida.

N. Morbum a lympha et ſero aegro diuellere poteris, quum vtriuſque humoris notae ne ſecundum naturam quidem a cl. V. ita expoſitae ſint, vt poſſis ſigna cuiuſque eſſentialia enunciare. Igitur num ſero, an lymphae, tribuas, huc vſque idem erit.

2. Metaſtaſes lacteas *auct.* iure huc retuliſſe mihi videor. Cf. catarrh. agalactiam.

CACHEXIA. DYSCRASIA.

CACHEXIA eſt morbus haereditarius, aut aduentitius, omni aetati ſub admiſſione cauſſarum familiaris, deſignatus per epigenemata, putredinem lentam lymphae, indeque inductum languorem, deſignantia, pro ſpeciebus diuerſa, ut

CACHEXIA. DYSCRASIA.

vt hae redundent ex diuerſa medendi methodo, quam admittunt.

CAVSSAE, ENERGIA et CVRATIO

Pro ſpeciebus differunt.

Indicationes communes.

1. Impedimenta curationis, tum alii morbi, tum concurrentes ſpecies, remoueantur, pro ſua dignitate.
2. Cauſſae fugiendae, et ſenſim contraria admittantur.
3. Exhibeantur acrimoniam obuoluentia.
4. Speciebus ſatisfiat.

N. Nonne omnis cachexia ab oleo corrupto, lentam putredinem inito? Certe in ſyphilide oleum, quod ad ſemen, ſmegma cutis, pinguedinem, oſſium medullam, redit, corruptum eſt. Similiter in trichomate, vbi pilorum potiſſimum nutriens oleum corruptum. Ita quoque in lepra et ſcabie, vbi ſmegma cutis, medulla oſſium, laeſa. Neque de ſcorbuto dubitaueris.

Igitur procul dubio haec eſt formalis cauſſa in vniuerſum. Species autem oriri videntur ab irritabilitate, aucta in variis partibus a varia ſpecie corrupti olei. Certe mercurius, ſpecificus in ſyphilide, non videtur delere putredinem illam, ſed potius tollere irritabilitatem, euolutioni illius putredinis fauentem. Hinc intelligi poteſt, cur tam parua mercurii doſis ſufficiat medendae ſyphilidi, cur celebretur mercurius ſublimatus, qui externe adplicatus, aut adſumtus, in ſanis etiam, irritabilitatem corporis certe plus minus delet: et qui delendae irritabilitati venereae potiſſimum aptus eſt, quoniam haec eſt irritabilitas, directa ad euolutionem putredinis, et hic per mercurium irritabilitati noceat in vniuerſum, per acidum ſalis putredini reſiſtat, vt poſſit ita compoſitus eam irritabilitatem omnino tollere [m]). Quod verum ſi eſt: nonne

m) Hinc et ab vſu mercurii ſublimati non raro abortus, aut partus mortuus et pilorum pubis reſectio vtilis in gonorrhoea et bubonibus. Comm. Lipſ. XI, 711.

CACHEXIA. DYSCRASIA.

ne diathesis venerea post mercurii vsum omnino superest, dum formalis caussa ex parte tantum tollitur: nonne igitur facile poterit iterum syphilis redire?

SPECIES ET VARIETATES.

I. SCORBVTVS.

Morbus nec haereditarius, nec contagiosus, omni aetati sub admissione caussarum familiaris, putredine lenta sanguinis nititur, et declaratur tum admissis caussis, tum epigenematibus, variantibus pro speciebus.

CAVSSAE.

Formalis est putredo humorum lenta (inducens languorem totius corporis).

Remotae: imbecillitas, vel connata, vel adquisita per animi pathemata, maxime tristitiam, timorem, moerorem, vulnera, exercitationem raram, vitae genus sedentarium, somnum nimium; impedita transspiratio, ad quam confert aër humidus, et frigidus, hinc sordities, vestimenta humida, non renouata, hiems, regio septemtrionalis (licet calidus non repugnet, qui faueat sequentibus) aër, non renouatus, effluuiis paludosis, putridis, refertus; defectus varietatis ciborum, maxime vegetabilium recentium, vnde abusus carnium salitorum, subputridorum, humidorum, glutinosorum, in ciborum coctione vsus vasorum cupreorum, in primis stanno non obductorum, nec perfecte purorum; abusus potus spirituosi, vel ad putredinem procliuis; hinc ob varias rationes locis maritimis, paludosis, fluminum inundationibus, syluis, nauibus, ciuitatibus obsidione occlusis, commorantibus familiaris est morbus, praesertim militibus non exercitatis, sutoribus, sartoribus, textoribus, aut viscera labefactata gerentibus.

ENERGIA.

Vix obtinet.

CVRA-

SCORBVTVS.

CVRATIO.

Indicationes.

1. Putredini lentae refiftendum per congruam diaetam, cauffis aduerfam, et euacuationes per vrinam, fudorem, aluum.
2. Languori opponenda, quae firmant corpus.

Hinc patet, cur laudentur decocta ex radicibus fudorificis, eccoprotica, et maxime tamarindi, caffia, diuretica, vt fcilla, exercitatio, vitae genus laboriofum, laetitia, fomnus modicus, aër ferenus, ficcus, calidus, vegetabilium recentium vfus, maxime acidorum, aufteriufculorum, amarorum, adftringentium, hinc panis, bene acidulatus, ex triticea farina, bene coctus, cortices aurantiorum atque extractum, aliaque, potus vini modicus, acetum, cereuifia, lupulata, abietina, *maltum*, lupulus, lac, ferum lactis, femen finapis, herbae, vermicularis, britannica, chelidonium minus, eupatorium cannabinum, nafturtium aquaticum, cochlearia, armoracea, fedum acre, marum verum, nicotiana, cortex Peruuianus, dulcamara, L. et G. guaiacum, aqua marina, acidum vitrioli, camphora: balnea ex herbis rorifmarini, thymi, rel.? cur vituperentur et noceant mercurialia, opium, imo antimonium et mars?

SPECIES ET VARIETATES.

A. Genuinus. LIND. v. Scorbut.

a. *Incipiens.*

Pallor, leuis intumefcentia faciei, labia, carunculae lacrimales, viridefcentia, pallor fucceffiue obfcurus et liuidus. Animi moeror et abiectio, pigritia, *laffitudo*, genuum ftupor, debilitas, adpetitus ciborum et potus integer. A quouis motu *dyfpnoea* et *laffitudo crefcens*, gingiuarum pruritus, dein tumor et facilis cruentatio, anhelitus

SCORBVTVS.

helitus foetens, *gingiuae atrorubrae*, *molles*, *ſpongioſae*, *dein putres et fungoſae;* haemorrhagia gingiuarum et aliarum partium. Cutis hactenus ſicca, vel lucens et glabra, vel aſpera et ſerpentina: iam maculae ſubrubrae, ſubcaeruleae, liuidae, vel nigrae, aliae lenticulares, aliae palmares, frequentes in tibiis, non rarae in trunco, brachiis, cruribus, nuſquam fere in facie: initio ſunt margine flauo, dein liueſcente, imo atro, irregularis figurae. Tibiae ſunt oedematoſae maxime veſperi, atque oedema digiti veſtigium diutius ſeruat, quam genuinum. — Variat deſcriptus epigenematum ordo ſecundum praegreſſa.

Sanguis miſſus ſiſtit pelliculam ſubnigram, ſpiſſam, ſero limpido innatantem: atque in vniuerſum eſt craſſus et ſpiſſus, nigerrimus, atramento ſimilis, pellicula virideſcenti praeditus.

b. *Creſcens.*

Dolores rheumatici vagi, oſteocopi, iſchias, *pleurodyne*, dyſpnoea, *tendines* flexorum tibiae, ſcil. ſemineruoſi et ſemimembranoſi potius, quam gracilis et bicipitis, retrahunt tibiam verſus femur, *rigeſcunt*, genua tument, dolent, perit motus, ſeu adeſt *gonorheuma.* Accedunt *aſthenia*, diuque a motu abſtemii ex minimo in ſyncopen incidunt, libero aëri expoſiti non raro ſtatim moriuntur: color faciei plumbeus, ecchymoſes tibiarum tumidarum, dolentium aut citra tumorem (cum cruribus) rigeſcentium, pleurodyne: Haemorrhagiae narium, gingiuarum, haemoptyſis, hepatirrhoea cruenta, vlcerum cruentatio. Vigor ſenſuum et adpetitus ciborum, corpore et animo proſtratis, nec, niſi a motu, dolor. Vacillatio, lapſus dentium, raro caries maxillarum.

c. *Inueteratus.*

Aperiuntur, ſi quae ſint, vlcerum cicatrices, cutis in tibiis crepat, ibi tumor mollis, liuidus, dolens, vlcera

SCORBVTVS.

fungoſa, cruenta. Synochus cum petechiis, ephidroſi frigida, metrorrhagia, letales, aurigo, aſcites, hypochondriaſis, contractura, pleurodyne, pectus conſtringens, obſtipatio pertinax, dyſpnoea, ſubito enecans, vrinae paucae, foetidae, rubrae, animi deliquia, mors, ſaepe a leui motu.

B. Spurii [n]).

A. *Frigidi.*

a. *Liuidus.*

Vibices maiores nigreſcentes circa tibias et articulos, non raro circa palpebras, et in ipſo oculorum albo: oculi tument, rubent, chemoſi laborant, gingiuae tument, decolorantur, molleſcunt, expreſſae ichorem flauum, foetidum, fundunt, tument parotides, *vrina intenſe* rubra, febris, dolores acuti. Viguit Wiburgi et Petropoli 1732 et 33.

b. *Petechialis.*

Maculae atrorubrae, brunneae et ſubflauae, exiguas lentes vel petechias referunt, hinc dolor cutis partis tibiarum anticae et circa malleolos, genua a vibicibus ſubrubris obſidentur, harum partium tumor et dolor, pulſus frequentia creſcit pari paſſu, quo macularum rubedo intenditur, gingiuae minus ſpongioſae, quam in liuido, at ſuperius excoriatae, vrinae rubrae, genas intus obſident verrucoſa tubercula, interdum fungoſa, alia ad fauces. Sputa frequentiora, anhelitus foetidus, crotaphites infra zygoma interdum tumet, numquam parotides. Viguit in caſtris Vſt-Samarae 1737.

c. *Pallidus.*

α. *Tophaceus.*

Maculae nullae. Phlegmatia pallida, ſenſim auriginis inſtar flaueſcens, vigente lymphae ranciditate, adeps ſebi

n) A. NITSCH tr. de ſcorb. exerc. Ruſſici 1747.

SCORBVTVS.

sebi instar induratur, tuncque brachia et tibiae mire tument et indurantur. Supra manus et tibias concretiones tophaceae, genae magis inflantur, genua magis contracta, gingiuae minus molles et putridae, maxillae inuicem apprimuntur: parotides, crotaphites et masseteres simul nonnumquam indurantur. Viguit Borgi in Finland. 1742.

β. *Muriaticus.*

A sero vappido, in tela cellulosa accumulato, anasarca, asthma, hydrothorax, ascites, diarrhoea, ab acriori dolores erodentes, sparsim dirissimi, dira pleurodyne, a carie secessus costarum a cartilaginibus, strepitus inter respirandum, asthma spasmodicum, suffocans, diarrhoea colliquatiua et torminosa, vel ascites letalis. Obseruabatur Aboae 1743.

Vterque α. et β. aliis est diuturnior, per totam aestatem ad auctumni finem detinens.

d. *Ruber.*

Debilitas summa, cutis admodum rubra, genae tumidae et pendulae, cachexia profunda, gingiuae maxime fungosae, putres, foetidae, purulentae, genua contracta. Lenta haec in castris Vst-samarae obseruata.

𝔅. Calidus.

Nulla intumescentia, corpus potius macilentum, gingiuae nec fungosae, nec foetidae, calent admodum, dolent, turgent, dolores non adeo fixi: febris exacerbans anomala, dolores vagi, nunc dorsum et caput dimidium dimittunt, nunc integrum, et collum et dentes excruciant; vel pleurodyne et orthopnoea detinet, aut fixi colicam, nephralgiam, ischuriam, extremorum spasmum excitant; genua admodum rigida et contracta, minus tumida et inflammata, maculae nullae, vrinae sedimentum crassum et arenulosum, et pelliculam albam, tenuem, adiposam, supernatantem exhibent. Obseruata est Wiburgi.

 ℭ. Infan-

SCORBVTVS.

C. Infantum o).

Dolores musculorum, aeger nec pedibus insistere, nec progredi potest, et semper sedet, cubat, eiulat, si stare cogatur, aut eius surae comprimantur, tubercula dura, gangliorum instar, hinc inde obseruantur. Sensim maxillas adficit, exedit, ossaque caric corrumpit. Et vel absque pyrexia vuluam in puellis, genas et gingiuas in vtroque sexu, liuore et mollitie, gangraena et sphacelo, absque dolore corrumpit, maxime conualescentibus a rubeola, vel phlegmasiam insanabilem inducit, diarrhoea, hectica, marasmo, terminandam. Nisi ad vltimum gradum peruenerit, aegre agnoscitur, parentum tamen aut nutricis diathesis scorbutica, regio et tempestas, lucem dare possunt.

II. SCABIES p).

Morbus spontaneus, vel attactu proximo, concubitu, communione vestium, rel. contagiosus, raro cum impetu adoritur, sed sensim ad manuum supremam partem, inter digitorum interualla (si a contagio), pruritu sensim, maxime vesperi adaucto, atque erumpentibus papulis, quae postea multiplicantur, nec brachia solum, sed et dorsum, lumbos, axillas, demum crura et femora inuadunt, designatur. *Papulae asperae*, *durae*, seu scabrae, nunc solitariae, nunc confertim agglomeratae, gaudent *basi dura et aspera*, vel rubeo viuidoque colore distincta (non nullis *sanguinea* dicta) vel albescente (pituitosa, lymphatica); atque in his ipsis sedes est pruritus, varia symptomata, pro morbi duratione inferentis, vt in vehementi gradu pruritus fere conuulsiuus maciem, vigiliasque truces, cibi fastidium, febrim lentam et hecticam inducat. Aluus plerumque tarda, scybala dura, nigricantia exeunt: vrinae sunt tenues, aquosae, color cutis flauus vtplurimum, aut pallidus.

CAVS-

o) SAUV. Sp. 15. astheniae.

p) Scabies est morbus. LORRY m. c. p. 231.

SCABIES.

CAVSSAE.

Formalis est putredo lenta muci cutanei (inducens languorem, cutis potissimum).

Remotae: aëris humiditas frigida, victus crudus, inordinatus, aquarum crudarum seleniticarum vsus; sordities, (constitutio epidemica,) contagium.

ENERGIA.

Morbus ipse soluitur per criticam papularum eruptionem, quae non morbum ipsum solum, sed et graues alios morbos sequitur et passiones, quae sanat. Sic post sepsin, et melancholiam, maniam comparens, aut excitata, illis remedio est. Hinc et non rite tractata, sed repulsa materia, papulas constituente, grauissimas passiones excitat, eruptione papularum restituta soluendas.

CVRATIO.

Indicationes.

1. Morbis, concurrentibus aut praegressis, satisfiat, hinc v. g. plethora, saburra, remoueantur.
2. Putredo lenta emendetur acidis, vt spiritu vitrioli, solutione Swietenia (quae iuuat tam ob acidum salis, quam ob mercurium, mucum adamantem) et si sorditie aut contagio nata est, sensim ope sulphuris, externe adplicati, forma vnguenti, aut ope mercurii, superetur.
3. Diaeta sit caussis contraria, et exhibeantur lympham demulcentia, interpositis euacuantibus.

III. LEPRA q).

Morbus, inter Arabes, Aegyptios, Abyssiniam et Americam meridionalem frequens, haereditarius, et per vbera, coitum, halitus et ephidrosin subiecti morbosi, hinc et domicilia infecta aliis contagiosus, *colore cutis mutato et anaesthesia* maxime agnoscendus, sic incedere solet.

Simul

q) SCHILLING de lepra. L. B. 1778.

LEPRA.

Simul ac *maculae*, vel plenam et integram cutim, vel vulnera, vlcera, tumores, abſceſſus, papulas, citra diſcrimen obſidentes, atque vel *rubrae*, vel in pallidum vergentes, vel *albae*, ad flauum, liuidum, aut rubrum colorem tendentes, principio paruae, et figurae rotundae comparent, pili in parte adfecta mutantur, vt in rubris ſubflaui, aut ſubrubri, in albis albi conſpiciantur. Eaedem ſine vlla phlegmaſia et notabili eleuatione, potius cum aliqua depreſſione, paullatim dilatantur et creſcunt: atque quum prodeunt, raro ſuperant ambitu acus puncturam, plerumque initio ſingularis eſt, rariſſime plures prodeunt. Dum ad lentis magnitudinem increuit, aegre diſtinguitur macula a naeuo aut lentigine, quod tamen ope acus adhibiti, et animaduerſione, an increſcat, licet. Simul cum maculis auricularum lobi intumeſcunt, et obturantur, atque in toto ambitu ſubinde tuberculis cinguntur. Deinde nares, labia oris, et vniuerſa facies turgeſcunt, et rubore quodam inficiuntur, qui a ſano multum diſcrepat, ſcil. quaſi cinnabarino, progreſſu temporis ad caeruleum vergente, et quo vetuſtior morbus eſt, liuidiorem euadente. Cutis praeterea adeſt inſenſilitas, ſeu anaeſtheſia, et cutis ſenſim magis magiſque contrahitur et in plicas obdureſcentes corrugatur. Excreta ſana ſunt, vrina tamen pallidula, muriam halecum olet, citoque putreſcit.

Sic morbus aliquando per X. XX. annos ſubſiſtit, notabile incrementum non capiens, quorſum diaeta confert. Quodſi morbus vel diſſimulatur, vel non agnoſcitur, nec diaeta ſeruatur congrua, diriſſima ſequuntur ſymptomata. Maculae enim leproſae a facie per vniuerſum corpus ad plantas pedum vſque erumpunt, atque in tubercula et nodos ſurgentes habitum mirifice deformant. Maxime ſub vnguibus naſcuntur veſiculae, apices digitorum craſſeſcunt et ſenſum amittunt, ſerpit e prima phalange malum in alteram citra dolorem, atque oſſicula abſque dolore vel ſponte,

LEPRA.

ſponte, vel leui opera, delabuntur, eximuntur. Aliquando vero tarde malum ſerpit. Interdum vniuerſum corporis tegumentum turgeſcit et induratur, et tranſſpiratio penitus ſiſtitur, vnde leucophlegmatia, hydrops, melancholia. Accedunt vlcera, quae denſis cruſtis, breui labentibus et renaſcentibus obteguntur, anodyna, interne etiam perioſteum citra dolorem depaſcentia. Caro horum vlcerum ſimilis eſt recenter mactatae et ſanguine adhuc commaculatae: differt tamen a luxuriante, quod omnia maculae latera deorſum, ac ſurſum et lateraliter, depaſcitur, donec tota pars conſumta ſit, cathaereticiſque inhiberi non poteſt, pili partis adfectae manent albi, et paruulum punctum in vlcere ceteris paribus candidius conſpicitur, et ſenſus abſque vehementiſſimis cauſticis vix excitatur. Haec vlceroſa interdum, quum cutis in toto maculae ambitu conſumta eſſet, ſine vlla medela conſolidatur, cum ſpe ſanationis ſimulata, dum paullo poſt aliae maculae prodeunt, quae pariter exulcerantur. Quidquid e corpore humoris tranſſpirat, eſt intolerabili foetore; adeſt obſtipatio pertinax, excrementa ſunt nigra, ſicca et quaſi combuſta, vrina rufa, vroſcopiis tenaciter adhaerens. Sitis perpetua: lingua ſemper ſicca, interdum nigris cruſtis tecta, et hinc inde quaſi rimoſa. Sanguis, admodum tenuis (ſerum ſanguinis ſemicocto carnis iuſculo ſimile) ad ignem aegre cogitur, mora tamen et frigore leuiter cogitur, exiguamque ſeri copiam dimittit, et ex vena miſſus putridum olet, cruoris globuli ſunt albi. Stimulus ad venerem aſſiduus eſt, vt genitalium pruritus, qui non ſolum ante macularum eruptionem vrget, ſed morbo etiam iam declarato perſeuerat, quin ad mortem manet non coërcibilis.

Latet aliquando morbus *ſub aduſtionis ſpecie*, dum inopinato et ſubito, intra vnius noctis ſpatium, exiles et indolentes veſiculae in variis partibus, praecipue in facie et

digitis

LEPRA.

digitis extremorum oriuntur, excoriationi ab aduſtione ſimiles.

Lepra occupat quidem totum corpus, ſeu vbique obtinet. Vbi vero pedes potiſſimum adficit, dicitur *Elephantiaſis*, *Elephantia*, atque ibi in pede adfecto phalanges oſſiculorum paullatim intumeſcunt, cutimque et carnes mirum in modum expandunt, craſſeſcunt digiti, tandemque colliqueſcunt cerae ad inſtar, vnde a leuiſſima cauſſa haemorrhagia, ſponte et cito etiam iterum ſiſtenda. Serpit malum ad femur vſque, contracturam efficiens, tum ob coagulum ſmegmatis, tum ob concretionem muſculorum et tendinum. Simul panniculus adipoſus et cutis in plicas et rugas ita ſenſim ſe componunt, vt pedis elephantini formam omnino exprimant. Quo facto et manuum digiti circa articulos tument; et ſucceſſiue ſoluti cadunt, inde abſque dolore vlcera primo faciem et dein carnoſas partes depaſcuntur cum foetore intolerabili. Satyriaſis et hic magna. (In amputato eiuſmodi oſſe nulla perioſtei veſtigia neque externi, neque interni, conſpicua, nullae in oſſibus cauitates, nec quidquam medullae eſt. Nulla ferme vaſa vel ſanguifera, vel lymphatica in partibus internis obſeruantur, eaque in corrugata cute ſunt varicoſa, et fere inania, ambo cruris oſſa et oſſa pedum, quaſi in vnum confluxerunt et arteria interoſſea deleta).

CAVSSAE.

Formalis eſt putredo lenta (inducens languorem cutis et extremorum).

Remotae, vita a parentibus, morbo adflictis adepta, contagium, vſus carnium ſemiputridorum, potus aquae, multis piſcibus putreſcentibus repletae, tempeſtas conſtans, calida, ſicca, aut in ſummo gradu humida, veneris abuſus, refrigeratio.

ENER-

LEPRA.

ENERGIA.

Vniuerſalis, lepra, vera criſis eſt, toleranda [r]).

CVRATIO.

Indicationes.

1. Fugiendae cauſſae, et morbum adaugentia, vt acida et mercurialia.
2. Remoueantur curationis impedimenta, vt plethora, ſaburra.
3. Criſis per cutim molienda ope balneorum tepidorum, bis in ſeptimana ad 15 horae min. vſurpatorum, dein quotidie bis adhibitorum, cum emollientibus et leniter detergentibus, exercitatione, ſudoriferis et vino quoque per trimeſtre adhibitis.
4. Si morbus fugatus, corpus roborandum internis et externe per ſuffimigia.
5. Vlcera admittunt tinct. aloes, myrrhae, ſuccini.
6. Cutis calli reſoluendi, emolliendi vngv. de alth. enul. cet.

N. In ſanatis maculae, non increſcentes, diſtinctae, a lepra remanent. — Facilius ſanatur, quae corpus totum, quam quae ſolum partem occupat.

IIII. SYPHILIS.

SYPHILIS, morbus, ex inſulis Antillis, ſeu Hiſpaniola, vbi endemius, ab anno 1492. in Europam introductus, indeque fracta ſenſim malitia, ſub varia forma conſpicuus, genuinam naturam ſuam adeo diſſimulat, vt, ſi *a coitu ſuſpecto, aut contagio cum ſuſpecta perſona vario, et mercurii viribus*, egregiis in ſuperando morbo, ambiguo certe charactere, recedis, vix morbum agnoſci poſſe, fateri debeamus. A ſolis igitur morbi legibus lux, me quidem iudice, exſpectanda in tenebris: has igitur quaeramus.

Lex. I.

r) SCHILLING l. c. p. 159.

SYPHILIS.

Lex. I. Morbus eſt haereditarius.

II. Maxime vero eſt aduentitius, contagioſus contactu, concubitu cum aegroto, hoc morbo laborante, lactatu, oſculis, cubitu ſolo, contactu diuturno rerum, conſpurcatarum excretis venereorum, contrectatione partium vlceratarum, et obſtetricio labore, maxime neglecta partis contaminatae purgatione.

III. Ea corporis pars, quae contagio in primis expoſita fuit, primum adficitur, ut hinc variae oriantur paſſiones, *ita*, vt, *vbi* epidermis integra eſt, a contagio oriatur inflammatio partis, *vbi* vero vel antea, vel ſucceſſu temporis, durante morbo, pars laedenda, aut laeſa, habet epidermidem ſolutam, vlceroſam, oriatur LVES, VENEREA dicta.

IIII. In ſpecie hae leges obtinent.

A. Haereditariam definiunt parentum confeſſio, ſe tempore coitus, aut matrem durante grauiditate, non fuiſſe a morbo immunes, aut ſigna alia, idem teſtantia, infans ipſe debilis, marcidus, noctu inquietus, plerumque intra primum vitae ſemeſtre efflorеſcentias, et quidem herpetem, *tineam*, aphthas, labia oris purulenta, vlceroſa, otorrhoeam externam, *epiphoram*, aut, ſi vis contagii debilior, rachitidem, *ſyphilitica*, ſuſtinens, nutrici maſtodyniam inferens.

N. Parentes, per annos 20. 30. ſani, ſeu morbo expertes, eius tamen olim contagio expoſiti, poſt, quam liberos ſanos procrearunt, dicuntur tamen liberos, morbo adfectos, generare, tumque et coniugi nocere [s]).

2. Inquiras, an infantes vſu cochlearis, cultri, forcipis, vaſculi, aut ciborum, a ſubiecto ſyphilitico

s) ROSENSTEIN v. d. Kk. p. 96. PRESSAVIN. tr. des mal. ven. 650. DARAN. mal. de l'vrethre p. p. 42.

SYPHILIS.

co manducatorum, linteorum conſpurcatorum, morbum ſuſceperint?

B. Adquiſitam:

a. *Lactatu* definiunt: labia oris purulenta, aphthae, epiphora, otorrhoea externa, tinea, herpes.

b. *Mammas praebendo:* maſtodynia varia.

c. *Baſiando:* labia oris purulenta, vlceroſa, aphthae.

d. *Cubando in eodem lecto, vſu rerum, excretis conſpurcatarum, obſtetricatione:* herpes, ſcabies, tumores, vlcera, in locis, contagio expoſitis.

e. *Coitu:* aedoitis, ſeu phlegmaſia genitalium, vlcera eorumdem cancroſa.

V. Suſcipitur maxime contagium a corpore laxo, ſcorbutico, ebrio, et a mercurialium vſu vix recedente, a putrido conualeſcente.

VI. Non numquam impune morbum ferunt, vel contagio reſiſtunt ſubiecta, vel viribus corporis, maxime humoribus venenum inuoluentibus, vel ablutione cita, aqua, lacte, vino, ſimil., adhibita ad partem contagio expoſitam.

VII. Morbus, coitu ſuſceptus, ſanatur aut ſponte, aut arte, tum excitata, tum adiuta gonorrhoea, nec in corpus venenum facile ſuſcipitur, niſi excoriatio vrethrae vel adfuerit, vel durante gonorrhoea enata fuerit.

VIII. Morbus, per aedoitim deſignatus, ſuſcepto etiam veneno intra corpus, et mutatis paſſionibus, amat cum excitatis paſſionibus ſolui per gonorrhoeam.

IX. Morbus, per vlcera maxime conſpicuus, aut in luem veneream mutatus, amat mercurialia, et niſi vni cedit, cedit alteri.

X. Morbus, nondum per genuinam paſſionem declaratus, ſed per varia ſymptomata, cruditatem quamdam morbi, ſeu vene-

SYPHILIS.

venenum vagum deſignantia, mercurialia non ſolum non requirit, verum inde increſcit.

XI. Morbus, per inconſtanter adhibita, ſaepe mutata, mercurialia tractatus, ſaepe ad eadem rebellis eſt.

XII. Vbi per mercurialia peculiaris dyſcraſia enata eſt, paſſiones, eius ſequelae, non mercurialibus, ſed dyſcraſiae aduerſis, v. g. cortice Peruuiano, tolluntur, et ſi morbus adhuc latet, mercurialia optime fert.

XIII. Contagium ſenſim, per generationem, rel. tranſit in ſcrophulas, trichoma, et neuroſin, praecipue atrophiam et rachitidem.

XIV. Morbus amat coniunctionem cum ſcorbuto, lepra, trichomate, ſcrophulis, plethora.

XV. Morbus per epidemicam conſtitutionem (ſeu aëris potiſſimum viciſſitudines) mutatur, vt tum ſimplex ſit, et certo tempore potiſſimum gonorrhoeas, bubones, cancros, puſtulas, rel. inducat [t]); tum comitatus morbus, v. c. cum ſaburra, vbi hic maximam ſibi vindicat attentionem [u]).

XVI. Morbus datur ſimulatus [x]) v. catarrh. et plethor.

CAVSSAE.

Formalis eſt dyſcraſia lymphae peculiaris, et mediante hac, ſeminis, pinguedinis, muci, et reliquorum humorum, (inducens telae celluloſae vel contractilitatem, palpitationem auctam (*ſyphilis*) vel atoniam (*malum venereum*).)

Remotae: contagium, praetereaque corpus laxum; ſcorbuticum, leproſum, trichomaticum, ſcrophuloſum, ebrium, a mercurialibus debilitatum, a morbo putrido conualeſcens.

t) Teſte NOEL. Cf. HELD. Ausz. I, 324. ſq.

u) Cf. STOLL. R M. cet.

x) LORRY. m. c. p. 45. BRENDEL. op. II. 77.

SYPHILIS.

cens. — An forte morbus non fuit endemius in insula Hispaniola, sed morbus natus ex concursu caussarum? Scilicet semen putridum in nautis, diu abstemiis, scorbuticis, procul dubio, et insulanis acria, vt videtur, et calidiora menstrua habentibus, praetereaque subiectis, aromaticis acribus abutentibus? Mihi profecto verosimile est, praecipue quum ea meditor, quae de syphilide protulit HVNDERTMARK y), vbi non raro vidit, passiones syphiliticas ortas esse in subiectis scorbuticis, et ex parte feminae, menstrua calidiora, aut fluorem album habentibus, concumbentibus. — Quum vero et lepra cum syphilide plurima habeat communia, et syphilis ipsa tum ab origine sua tantum a sua vehementia remisit, et in producendis passionibus genium suum mutauit, vt ab hodierna aeque distet vetus, ac syphilis a lepra, tum vero et syphilis non coitu solum propagetur, nec repugnet, passiones genitalium aliquando etiam ab aliunde suscepto contagio produci, non video, quid impediat, quo minus syphilis, mutata lepra, vocetur, quamuis nullam inde vtilitatem redundare, facile concedam, eo magis, quum lepra ne admittat quidem mercurialia (quod vero supra dictis non repugnat, quum nec phlegmasia genitalium syphilitica, non raro in luem deinde transiens, mercurialia admittat).

ENERGIA.

Si fides obseruatoribus, (non tam in dicendis visis veris, quam colligendis omnibus, quae ad rem extra dubitationem ponendam faciunt) aliquando pepsis obtinet, vt citra contagium miasma coquatur a humoribus, non raro vero pepasmos obtinet, tum per gonorrhoeam, seu excretionem miasmatis per lympham et mucum, tum per serosas excretiones aluinas, diuresin, diaphoresin, non raro et per ptyalismum.

Ab

y) Pr. de ozaena vener. L. 1758. p. 4.

SYPHILIS.

Ab energia varia in praxeos vtilitatem, certe conſentiente morbi natura, morbum diſtinguo in ſpecies II.

I. SYPHILIS DESIGNATA VERA. Huc *paſſiones ſyphiliticae*. Morbus dictus, facile ſoluendus per gonorrhoeam criticam.

Indicationes.

1. Omnes paſſiones enatae, per gonorrhoeam ſoluendae, reducantur ad aedoitim.
2. Quod fit adplicatione materiae gonorrhoicae ſyphiliticae ad vaginam vel vrethram virorum, et in his quoque ſimplicem cerei in vrethram poſitione, vel aliquot mercurii dulcis doſibus, cum balneis calidis penis coniunctis.

Reliquas indicationes vide ad aedoitim.

II. LVES VENEREA. Huc *paſſiones venereae*.

Morbus dictus, ſoluendus per excretiones ſeroſas, ope mercurialium excitatas, difficilius per gonorrhoeam [z]).

CVRATIONEM

Nondum ſatis definitam eſſe, doleo; operae vero pretium vix erit, methodum medendi fuſius hic tradere, quum quiſque aut inunctiones amet, aut mercurium ſublimatum, aut aliud mercuriale praeparatum, nullum tamen vbique morbo medeatur, nec ab omni opprobrio liberari poſſit.

N. Laruatam ſyphilidem non commemoro, quum ea tantummodo redundet ex difficultate morbum agnoſcendi, aut ob neglectas leges ſupra dictas, aut mancam obſeruationem, aut ſigna ambigua. Suadeo tamen, vt, qui morbi cognitionem cupit, ex habitu diſcat has illas paſſiones agnoſcere, vt ſcabiem, tineam, venereas, et vbi ſuſpicio morbi eſt, furtim mercurialia adhibeat.

V. TRI-

z) LORRY m. de cut. p. 62.

TRICHOMA.

V. TRICHOMA. *Plica Polonica auct.*

TRICHOMA eſt morbus deſignatus per criticam capillorum complicationem et agglutinationem, vt extricari nequeant.

CAVSSAE

OBSCVRAE.

Formalis dyſcraſia lymphae, potiſſimum iudicanda per vberiorem ſeceſſum olei, crines nutrientis, ope eruptae plicae.

Remotae: Contagium, concubitus cum plicoſis, haereditaria diatheſis, ſyphilis, ſordities.

ENERGIA.

Plicae ortus.

CVRATIO.

Indicationes. Fugiendae cauſſae, et eligenda, quae conducunt, quorſum ptiſanae ſudorificae, aquae ſulphureae, decoctum lycopodii.

SPECIES ET VARIETATES.

a. Latens. Phaenomena, ſyphilidi facile adſcribenda, dolores lancinantes capitis, et artuum, continuo per annum torquentes, narium et faucium vlcuſcula ſordida, nodi et tubercula dura, in manibus pedibuſque diſperſa. Augmentum ab hydrargyroſi, oſſium narium caries, faucium exeſio, ſudor capitis foetidus, imaginationis vitium, adpetitus deprauatio, vnguium ſcabrities, lapſus, maraſmus, cephalaea, amauroſis, ſyrigmus, apoplexia.

b. Deſignatum. Ex India orientali circa ann. 1687. per Tartaros inuectum in Poloniam, Sileſiam, Hungariam, et loca vicina.

1. *Mas. Cirroſum.* Species vulgatiſſima, minus noxia. Capilli in funiculos longos coniuncti et agglutinati. Idem praenunciant pallor faciei, aſthenia, cephalaea, arthritis; ſuper-

TRICHOMA.

ſuperueniunt ſyrigmus, conuulſio, contractura, rachitis, cum oſſium fragilitate.

II. *Femina. Villoſum.* Tophi villoſi inexplicabili ratione complicati, vel diſperſi, vel coaliti in mitram, totum caput tegentem. Reſecto capillitio, paſſiones diriores, potiſſimum vnguium excreſcentia mirabilis, cum ſcabritie et nigredine, vt vngues cornua hircina referant.

c. Suppreſſum.

A reſecta plica paſſiones variae excitantur, (euaneſcentes a plica reſtituta) quas tollunt 1. plicae eruptio. 2. phthiriaſis cum foetore, porrigine. 3. alopecia.

Critica plicae excretio per longum tempus abſoluitur. Perfecta cognoſcitur fuga ſymptomatum, ſuppreſſum indicantium, capillorum defluuio, dein reſarcito. Ante perfectam criſin plicam reſecare, periculoſum, imo confert, eam per totam vitam geſtare.

CONIVNCTIO.

CONIVNCTIO eſt morbus haereditarius, aut aduentitius, congenitus, qui tum per cauſſas communes, tum epigenemata, variantia pro ſpeciebus et varietatibus declaratur.

CAVSSAE.

Formalis eſt abundantia phlogiſti.

Remotae: adfectio haereditaria, congenita, debilitas ſolidorum haereditaria, adquiſita; aetas virilis, ſexus potior, ſexus ſequioris plethora perſtans, abuſus veneris, vigiliarum, mentis virium, animi pathemata, vita ſedentaria, maxime commutata cum laborioſa, adiapneuſtia, bulimia, amaſteſis, abuſus carnium, ſpirituoſorum, vini, maxime ſulphurati, aromaticorum, amarorum, terreorum, narcoticorum, nicotianae fumo per os adſumtae, nimius

CONIVNCTIO.

mius ptyalifmus, haemorrhagiae follemnes fuppreffae, et neglectae, adiapneuftia, diarrhoeae, dyfenteriae biliofae, fuppreffae, morbi biliofi, putridi, fcorbutus, crifes imperfecte abfolutae, vita cafta, rel.

ENERGIA.

Pepfis obtinet in morbo recenti, adquifito, raro in haereditario, fub congrua diaeta. Pepafmos obtinet in recenti, crefcente, inueterato, fub congruo regimine, per diaphorefin, diurefin, catharfin, haemorrhagiam, rel.

CVRATIO.

Indicationes. v. fpecies.

SPECIES ET VARIETATES.

I. ATRA BILIS. Conftitutio atrabilaria. *Auctor*. Morbus haereditarius, adquifitus, defignatur per anxietatem, laffitudinem, dyfpepfiam, triftitiam, agrypniam, aut fomnum non reficientem, poft paftum fomnolentiam, magnam in melancholiam procliuitatem, feruida animi pathemata, oculos facile inflammabiles, nares, praeter digeftionis horas, ficcas. Lingua, nifi in ieiunis, non fordida, flaua, pituitofa, arida, os ficcum, faliua tenax, vifcida, tempore concoctionis fputatio multa, fitis, volae manuum et plantae pedum vrentes; vrina raro emiffa, profunde colorata, rubra, iumentofa, imo atra, vel lateritia, non critica, borborygmi, meteorifmus, obftipatio, deiectiones crudae, non raro foetidae; pulfus tardi, pleni, regulares, dyfpnoea, anacatharfis, exanthemata chronica, pruritus cutaneus, fcalptu foluta cutis fundit brunneum ichorem, maxime ad pudenda et podicem, dyfhaemorrhois, dyfmetrorhoea, dyfarthritis. Sanguis miffus ater, plus minus florido mixtus: iuuamen ab acidis. Diutius fota producit ructum rancidum, foetidum, os et fauces erodentem, ftuporemque dentibus inferentem, faporem deteftabilem, infarctus abdominales, praetereaque melaenam, hae-

ATRA BILIS.

morrhoidem, metrorrhagiam, maciem, debilitatem ſummam, ſub qua corpus et vrina vireſcunt, liueſcunt.

CAVSSAE.

Formalis eſt debilitas ſyſtematis venae portarum, inducens phlogiſti abundantiam, potiſſimum abdominalem.

Remotae: ea, quae debilitant corpus et praecipue portarum venam, atque abundantiae phlogiſti occaſionem praebent, hinc diatheſis haereditaria, alimentorum craſſorum vſus, animi pathemata, curae, ſtudia ſeueriora, vigiliae protractae, vita ſedentaria, aetas conſiſtens, ſpermatis et lymphae iactura nimia, polycholia, largior carnium, ciborum pinguium, butyri, potus coffeae ſaturati, ex admodum toſtis fabis parati, aut ſpirituoſorum, abuſus, auſterorum, oleoſis admixtorum, vſus, haemorrhagiarum ſuetarum ſuppreſſio.

ENERGIA.

Pepſis obtinet in morbo recenti, ſub fuga cauſſarum et cauſſis contrariorum vſu: pepaſmos vero obtinet, dum haemorrhagiae excitantur tolerandae, moderandae, per haemorrhoides, metrorrhagiam, haematemeſin, melaenam; raro contingit per diureſin, diaphoreſin, catharſin.

CVRATIO.

Indicationes.

1. Morbi incrementum impediendum, per congruam rerum ſex non naturalium directionem, vt ſint contrariae cauſſis.
2. Cauendae paſſiones admodum menti aut vitae inſidiantes.
3. Impedimenta curationis tutae remouenda.
4. Energia, niſi obſtent paſſiones, excitanda per exercitationem, balnea frigida, roborantia interna.
5. Materia, non acris, reſoluenda ſaponaceis, ſalibus mediis, horaeis fructibus, decoctis rad. reſoluentium, exercitatione.

6. Ma-

ATRA BILIS.

6. Materia mobilis reddita, resoluta, euacuanda per eccoprotica, enemata emollientia, resoluentia, frequenter vsurpata, diuretica.

7. Victo morbo corpus, et praecipue vena portarum, roboranda internis, externis.

A. ENCEPHALEMPHRAXIS. Infarctus cerebri. Signa atrae bilis, praetereaque agrypnia, aut somnolentia, tristitia, melancholia, non raro apoplexia.

B. PNEVMEMPHRAXIS. Infarctus pulmonum. Signa bilis atrae, et praeterea anxietas summa, a leui motu dyspnoea, aut orthopnoea constans, saepe peripneumonia, atrabilaria dicta.

CAVSSAE,

Communes.

ENERGIA.

Per haemorrhoides, metrorrhagiam, (reuellentia).

C. HEPATEMPHRAXIS. Infarctus hepatis [a]).

Signa hepatoscleryfmatis remissiora, regio hypochondrii dextri minus firma, angustia praecordiorum, dyspnoea, dolor grauans, a tactu crescens in regione hepatis, aestus volaticus faciei et volarum manuum, sitis vaga, os siccum et amarum, tussis sicca, intermittens, in interuallis nulla respirandi difficultas, nulla febris initio, saliua viscosa, inappetentia, cardialgia, splenalgia, paraphrenitis, lassitudo et grauitas artuum, obstipatio (deficiunt oedematia et hectica). Accedunt hypochondriasis, hysteria, agrypnia, rhinorrhagia, vomitus, haematemesis, melaena, haemorrhois, ascites, anasarca, hysteralgia, metrorrhagia, coeliaca, aurigo, melasicterus, et si haec omnia deficiant, melancholia atrabilaria.

a) SENNERT l. 3. c. 5. IVNCKER t. 39. ALBERTI tr. de haemorrhoid. ROSENSTEIN d. de hypoch. BONETI Sep. T. I. S. II. obs. 1. 4. 5. 6. 11. 13. 15. 30. app. 6. 36. FR. HOFFMANN de vom. §. 28. DODON. obs. 26. GALEN. de loc. adf. l. 5. c. 5. VOGEL §. 263. BIANCHI h. h. T. 2. p. 338. FOREST. obs. 20. AMATI LVSIT. c. 4. o. 83. LORRY de melanch. I. 270. SAUVAGES hepatalg. sp. 3. melaen. sp. 3. 4. 5.

ATRA BILIS.

Eſt vel cum phyſconia hepatis, vt tumor hypochondrii dextri adpareat, quod eſt in iunioribus, vel cum hepatis conſtrictione ſpaſmodica, hepatoſcleryſmate, hepatophthoë.

CAVSSAE.

Communes: bilis aduſta, viſcida, retorrida, ob labores, ſudores, calorem ſummum, rel.

ENERGIA.

Rara per haemorrhagias, nec ſemper ſatis tuta, intermittens.

CVRATIO.

Indicationes communes.

Huc, niſi quid obſtet, emetica repetita, et plantae amarae, eccoprotica, diuretica, martialia.

D. SPLENEMPHRAXIS. Infarctus lienis b).

Initio grauitas in hypochondrio ſiniſtro, dein dolor acutus, maxime ſub ambulatione citatiore, lien tumidus, abdomine, genubus flexis, explorato, animus melancholicus, habitus macilentus, color faciei liuidus, flauo, ſed obſcuro colore deformis, maxime ſi color ille oculorum nitorem non inficiat, papulis vultus cutis deformatur, rubeſcit naſus, rhinorrhagia, praecipue ex laeua nare, laſſitudo, dyſpnoea a motu, interdum ſuperueniunt tuſſis ſicca, palpitatio, hypochondriaſis, bulimia, haemorrhois, melaena, haematuria, aſcites, anaſarca, phyſconia ſplenetica, melaſicterus, ſcabies, tetartaea, tetartophya, coeliaca, pneumophthoë. Vireſcunt, imo nigreſcunt aliquando vrinae, faeces alui duriores ſunt, atrae, et, ſi malum augetur, dolores in diſſitis partibus ſentiuntur ferociſſimi, liene ipſo vix ſentiente, in quo materia penitus corrupta, *pus lienis* SIMSONO dicta, reperitur.

CAVS-

b) SENNERT. l. 3. p. 4. c. 3. BONETI S p. obſ. 3. de ict. VALSE. in HOLLERIVM. ZACVTI pr. l. 3. obſ. 13. TVLP. l. 2. c. 30. Journ. de Med. Mars et Juill. 1758. obſ. 1. 2. 1756. 1757. Janv. HALLERI diſſ. path. T. 4. d. 119. LORRY de mel. l. 272.

ATRA BILIS.

CAVSSAE.

Communes; catameniorum, haemorrhoidum, imo fonticuli, vlceris suppressio, quartana saepe recidiua (nisi haec morbi progenies).

ENERGIA.

Haemorrhagiae saepe cricicae.

CVRATIO.

Indicationes. Communes.

E. GASTREMPHRAXIS. Vasorum ventriculi infarctus [c]).

Signa atrae bilis, dolores ventriculi, locum aliquoties mutantes, renes plerumque, interdum totam dorsi spinam in consensum trahentes, post pastum increscentes, mire in primis exacerbantes post alimenta, aut potulenta, calefacientia, adpetitus ciborum inaequalis, remissio, exacerbatio sine manifesta caussa, caloris interni sensus, incrementum dolorum post purgationes, macilentia, decoloratio, debilitas, frequens sensus deliquii minantis, hypochondria turgida, haematemesis, melaena, haemorrhois, metrorrhagia, rel. *Caussae* communes. *Energia.* Haemorrhagiae. *Curatio.* communis.

F. ENTEREMPHRAXIS. Intestinorum, mesenterii, infarctus.

Cum signis atrae bilis, dolores colici, lumbago, tympanitis, haemorrhois, metrorrhagia, melaena, leuantes. *Caussae*, *energia*, *curatio* communes.

G. METREMPHRAXIS. Infarctus vteri [d]).

Cum signis atrae bilis, hypogastrii tumor, pondus, gradiendi, truncum ad anteriora flectendi, difficultas, dys-

me

c) TISSOT ep. p. 62. KAEMPF d. de infarctu vasor. ventr. in BALDING. coll. diss. pract. vol. 3.

d) ASTRVC de morb. mul. l. 2. c. 8.

ATRA BILIS.

metrorrhoea, haemorrhois, ſterilitas, hydrometra, aſcites, hectica.

CAVSSAE.

Communes, maxime dyſmetrorrhoea ab aetate L. ann.

ENERGIA.

Metrorrhagia, haemorrhois.

CVRATIO.

Indicationes, communes.

H. COMPLICATA ABDOMINALIS.

Hepatis. lienis, pancreatis, ventriculi, reliq. infarctus coniuncti. Signa atrae bilis et huius, illius, infarctus coniuncta. Hyſteria, hypochondriaſis, paralyſis, febris, maxime tetartaea, tetartophya, anaſarca, coeliaca, phyſconia, aſcites, aurigo, melaſicterus, rel.

II. DYSARTHRITIS, arthritis vaga *auct.* arthritis irregularis CVLLENI c. ſpec. *atonica*, *retrograda*, *aberrante* e).

Morbus haereditarius, aduentitius, deſignatus per praegreſſam atram bilem, molimina, arthritidem, ſ. rheuma, excitandi, vt tamen energia minor ſit, hinc aegritudo ingens, cum vomituritione et cardialgia, artuum improuiſa anodynia et facilitas ad motum, praegreſſis obſcuris, interdum vrentibus, ſed fugacibus articulorum doloribus, laſſitudine poſt ſomnum et motum inſueta, ſudore vrente, acidum olente, papulis miliaribus cutim obſidentibus, titillatione erronea in facie, maxime in fronte, vultus colore flauo, fuſco, ſtranguria cum vrina vel tenui, et ſpiculis quaſi ſalinis referta, vel albicante, ſedimentum album laeue, pingue per floccos deponente, filis natantibus praedita, recenter emiſſa.

CAVS-

e) Prax. I. §. 482. ſq.

DYSARTHRITIS.

CAVSSAE.

Iam dictae, aliquantum maiores, dispositio diu perstans, et occasio, arthritidi (verae) producendae non sufficientes.

ENERGIA.

Morbus vel reducitur ad atram bilem, vel transit in arthritidem, aut tollitur maxime haemorrhagiis criticis.

CVRATIO.

Indicationes.

1. Si nil impedit, nec subest haereditaria diathesis, nec aduentitia diu iam perstitit, nec energia exspectanda, morbus reducendus ad atram bilem.
2. Aut saltem videndum, an haemorrhoidibus tolli possit?
3. Aut si nec hoc, arthritis vera admittenda.
4. Maxime quum subiectum antea arthritidem (veram) iam sustinuit, aut maius periculum timeri deberet a passionibus excitatis, arthritis excitanda, quod fit, praemissa, si opus est phlebotomia, vesicatoriis, sinapismis, loco adfecto adplicatis, empl. oxycroc. cephal. et burgund. pice, vel balneis calidis, pediluuiis, manuluuiis, dein tumor panno molli vestiatur.

III. ARTHRITIS, vera, vaga, *auct.* f).

Morbus haereditarius, adquisitus, etiam per contagium, sapientibus, diuitibus, capite magno praeditis, aetati virili, sexui potiori, et sequioris aetati virili ad annos 40 seq. maxime plethoricis, mature baccho et veneri litantibus, ex vitae genere laborioso, animi pathematibus obnoxio, tranquillae se dantibus, voracibus, cibos non masticantibus, cibis dyspeptis, acidis et vinis acidis abutentibus, magis familiaris, quam aliis, derepente fere numquam adoritur, sed post speciosam secundae valitudinis formam, edacitatem, imo atram bilem, dysarthritidem,

f) PAVL. AEGIN. l. 3. c. 78.

ARTHRITIS.

dem, aut lithiafin, mox dicendam, nafcitur cum languore, animi deiectione, non raro febri, feu horripilationibus, aut rigore, calore, fiti, cephalalgia, carebaria, vigiliis, refpiratione difficiliori, lingua muco fubflauo, laxius adhaerente, per multos dies colorem fuum non mutante, tecta, vrina varie cruda, aluo adftricta, dyfpepfia, anima foetente, excretionibus putridum olentibus, adiapneuftia, ftupore, dolore, (qui ope caloris et fotuum, et recurfu mitigatur) gongrona pedis, praecipue vere et auctumno, fi recens, pluries vero iam euanida omni fere menfe. Cum frigore dolor calcanei aut primae phalangis pollicis pedis, deinde calor, dolorem comitans, partis adfectae rubor, tenfio, phlegmone, per aliquot dies perftantes, verbo podagra, feu paffio, huic morbo praecipue familiaris, oriuntur, ita, vt dolores noctu aut vefperi in primis molefti fint. Quum vero ad alias partes morbi impetus tranfit, primum remittit in parte adfecta, nec ad hanc redit, in inueterato autem morbo omnes faepe articuli impetum fuftinent. Poft finem paffionis in morbo recenti partes adfectae motui fuo peragendo fufficiunt, in inueterato vero contractura accidit, dum et deinde arthritis lithiafin fibi adiungit, qua fit, vt concretiones calculofae in fuperficie articulationum adfectarum externa, plerumque fub cute gignantur, accedente plerumque nephro- aut cyftolithiafi.

Morbus recens plerumque podagram vnius, tum alterutrius pedis paffionem, vbi recurrit, imo chiragram, coxendicem, rachialgram, rel. inducit: recurrit vero omni anno 3. 2. 1. vere et auctumno.

A. Eft vero *actiua*, *acuta*, *febrilis*, quae ftipatur doloribus articuli, quorum vehementia pari paffu cum exacerbatione febrili incedit, quae inftar remittentis biliofae fit, corporis vero functiones internas, animique vires minus laedens, quam aliae continuae folent. Plerumque

ARTHRITIS.

que haec per aliquot hebdomades adfligit, raro intra paucos dies terminatur. (Soluitur ephidrosi, vrinae sedimento, suppuratione, abscessu vel enuresi purulenta.) Huic rubustiores praecipue obnoxii sunt.

B. *Passiua*, *chronica*, *apyreta*, febri nulla, nec doloribus adeo atrocibus stipatur, licet artus ad motum omnem, citra doloris augmentum subeundum, aeque inepti sint atque in A. Huic languentes ob senium, aliamue caussam, quibus serum abundat, et quorum corpora ad febres minus procliuia sunt, obnoxii sunt. Stipatur doloribus mitioribus in locis, arctis limitibus circumscriptis, nec facile rubore, tumore, calore, magnis, pars corripitur adfecta.

CAVSSAE.

Communes iam dictae coniunctionis, atrae bilis, dysarthritidis, et morbum et paroxysmum efficiunt, vt tamen languor in hoc morbo praecipue adesse videatur, quare etiam remote morbum arcessit vsus vini acidi, tenuis.

ENERGIA.

Passiones, podagra, chiragra, gonagra, rel. fere criticae sunt in haereditario et recurrente morbo, et per decursum sollemnem pepsis fit, aut pepasmos per vrinam, *diaphoresin*, citius et perfectius, quam in dysarthritide, criticas, aut ptyalismum arenulosum, aut lithiasin, maxime concretiones iuncturarum g).

CVRATIO.

Indicationes.

a. In morbo praesenti, paroxysmo.

1. Phlebotomia, in plethoricis, instituenda.

2. Aluus,

g) Dyspepsia est non raro tanta, vt haec ipsa morbum reducat ad dysarthritidem, dum impetum omnino criticum ad artus et energiam impedit, quare vomitus acidus, huius rei testis, leuans, dyspepsiae et dysarthritidi medetur, vt tum energia succedat. Nec tamen ideo morbum acido tribuas. Languoris etiam testis est ephidrosis acida.

ARTHRITIS.

2. Aluus, quamdiu putrida prodeunt, eccoproticis euacuanda.

3. Diaeta ſimpliciſſima adhibenda, vt decocta auen. hordeat., panis bis coctus, fruct. horaei, ceraſa, pruna, pyra.

4. Phlegmone moderanda hirudinum adplicatione.

5. Adiapneuſtia partis fugienda, hinc pars, paſſione adfecta, pannis laneis calidis, cera viridi et terebinth. obductis (grün Wachstuch) fouendus.

6. Dolores maiores anodynis refraenandi.

7. Diaphoreſis per decocta ex rad. ſudorif., aut diureſis ex dict rad., tum, milleped., alcalinis fixis, promouendae, indicante pepaſmo.

8. Deinde vel acidum Halleri ad guttas v. ex aquae communis vnciis tribus quotidie ter vel quater, vel ſpiritus vitrioli acidi guttae XX. ex vnciis tribus aquae et ſalis tartari grana XV. ex vnciis tribus aquae, quotidie ter ſumantur.

9. Diaeta lactea, abſtinentia ab vſu carnium, ſpirituoſorum, exercitatio, admittenda.

b. Extra paroxyſmos.

1. Res ſex non naturales maxime ſic dirigantur, vt ſint contrariae cauſſis.

2. Refrigeratio euitanda.

3. Corpus roborandum balneis, cortice, marte, rel.

IIII. LITHIASIS h).

Morbus haereditarius, congenitus, aduentitius, primarius, ſecundarius, vniuerſalis, topicus, ſtipatus ſcil. vel atra bile, vel dyſarthritide, vel arthritide, vera, aut ex cauſſis, parti tandum familiaribus, vel ſpeciebus etiam morborum dictorum, natus, variat ſede, vbique tamen largi-

h) Mem. de l'ac. de Berl. 1755. p. 24 ſq. Comm. Lipſ. VI. 628. Hiſt. de l'ac. des Sc. 1758. p. 421 ſq.

LITHIASIS.

largitur calces, colore, odore, ſapore, compage, analyſi chemica, ſeu principiis conſtitutiuis, conuenientes inter ſe, epigenemata excitans varia pro differenti ſede.

CAVSSAE.

Dictae communes: aetas omnis, ſexus vterque: depoſitio materiae cretaceae, calcareae, ad oſſa impedita, in ſanguine detenta, ſolida, cauis corporis vel ex depoſitione corporis intrinſeca, vel extrinſecus illata, maxime ad ſyſtema vropoeum, biliferum.

ENERGIA.

Soluuntur et eliminantur interdum e corpore; et quod huc ducere non dubito, corpus permittit, vt ars calculos ex cauis eximat, quod tamen aliquando ſenium aut infantia vetant.

CVRATIO.

Indicationes.

1. Calculorum geneſis prohibenda per cauſſis adverſam diaetam.
2. Calculi detecti ſoluendi, auferendi, quo lithontriptica atque operatio chirurgica.
3. Excernendorum iter facilitandum lubricantibus.
4. Paſſionibus grauioribus occurrendum.

SPECIES ET VARIETATES.

Enumerandae praecipuae.

1. ENCEPHALOLITHIASIS.

Calculi deprehenduntur in *ſinubus frontalibus* (cephalaea, hemicrania) *in falciformi*, *plexu choroideo*, *glandula pineali* (amentia), *cerebro* (amentia), *iuxta neruum opticum* (amauroſis), *in auribus* (dyſecoea, cophoſis), *in naribus* (anoſmia, pſelliſmus, rhinodyſodia), *in oculo* (amauroſis, cataracta) i).

Signa

i) Lacrimae petrefactae. Zod. M. Gall. I. p. 63. 79. 97.

LITHIASIS.

Signa non ſatis definita ſunt ante cadaueris inciſionem, praeter eam in oculo.

CAVSSAE.

Vel generales, communes, vel praeterea paſſiones encephali, apoplexia, paralyſis, rel.

ENERGIA.

Vix locum habet, nec

CVRATIO

Niſi in cataracta.

2. STOMAPHARYNGOLITHIASIS: Lithiaſis oris, faucium, cet. Reperiuntur etiam concrementa calculoſa *ad dentes* k) (ſtomadyſodia, ſtomacace), *ſub lingua* (ptyaliſmus, angina), *in ductu ſaliuali* (ſtenoſtegnoſis), *in tonſillis* (tuſſis gutturalis), *palato* (dyſphagia), *oeſophago* (dyſphagia), *Cartilagin. laryngis* (raucedo), *glandula thyreoidea.*

CAVSSAE.

Communes, praeterea tamen hauſtus puluerum lapidoſorum frequens, hinc familiaris molitoribus.

ENERGIA.

Rara, ptyaliſmus puluerulentus.

CVRATIO.

Indicationes, communes.

3. THORACOLITHIASIS.

Pertinet huc membranarum, vaſorum, cartilaginum induratio in oſſeam ſeu calculoſam ſubſtantiam, vt *pleurae* (dyſpnoea), *cordis* (palpitatio, carditis, cardiogmus, dyſpnoea, peripneumonia), *valuularum eiuſdem* (trachelophyma, palpitatio, dyſpnoea, hydrothorax, peripneumonia), *aortae* (dyſphagia, aneuryſma, palpitatio, dyſpnoea) *coſtarum cartilaginum* (pleurodyne, dyſpnoea), *cartilaginis enſiformis* (dyſpnoea), *bronchiorum* (dyſphagia, dyſpnoea) in os induratio l).

a. PNEV-

k) STOELLERI obſ. 3.

l) In mamma. HALLERI op. pathol. obſ. 42.

LITHIASIS.

a. PNEVMOLITHIASIS m).

Calculi, in pulmonibus nati, ſimiles ſunt materiae, in iuncturis concreſcenti, cretacei, tophacei, friabiles, inſtar pumicis leues, raro praeduri, aut ſilicea duritie, pondere vario, interdum ad ſcrupul. I., alias aequantes iuglandem, ouum columbinum, os mali perſici, aut piſi, ciceris, fabae, magnitudine, numero etiam vario, aliquando ad 40 vſque, alii laeues, alii aſperi, aculeis inſtructi.

Quibus adfectos expertos eſſe paſſionibus, rarum eſt; plerumque enim inducunt aſthma, orthopnoeam, tuſſim diuturnam ſiccam, pleurodynem, pleuritidem, haemophthoën, (dolorem pectoris, quaſi a clauo infixo, pertinacem, immotum, grauitatem). Initio pneumophthoës cum haemoptyſi contingens horrendus thoracis dolor, noſognomonicus eſt, ob varias hiſtorias editas MORTONO. Ab aſperis tranſiectis mala tracheae varia.

CAVSSAE.

Communes, hauſtus puluerulentorum.

ENERGIA.

Aliquando reiectio calculorum.

CVRATIO.

Generalis.

4. ABDOMINALIS.

a. HE-

m) ALEX. TRALL. — PAVL. AEGIN. l. 3. c. 28. 31. I. RHODII obſ. C. 2. o. 3. H. MEIBOM. ex med. de obſ. rar. n. 20. 21. E. N. C. dec. 1. a. 2. obſ. 181. ſch. dec. 3. a. 3. obſ 71. 72. 248. 109. dec. 1. a. 6. obſ. 221. A. N. C. T. 4. obſ. 49. T. 5. o. 68. SCHENCK obſ. med. l. 2. F. PLATERI obſ. p. 180. WILLIS pharm. rat. T. 2 S. 1. c. 6. p. 87. CVRTIVS in MVNDINI anat. c. 34. BENNET th. tab. p 110. BORELL C. 1. obſ. 67. LIEVTAVD hiſt. an. med. L. 1. obſ. 253-278. A. A. F. pr. A. T. 5. p. 516 ſq. FABRIC. HILD. c. 2. o. 29. MORTON phthiſ. l. 3. c. 6. Comm. L. Nor. 1743. h. 13. n. 2 BOERH. prael. in inſt. §. 635. MORGAGNI XV. 19. ſq. Adv. med. pr. III. 751. SAUV. l. c. STOLL. III. 58.

LITHIASIS.

α. HEPATOLITHIASIS n).

Raro hepatis parenchyma occupant calculi, plerumque in ductibus hepaticis haerent. Signa complicatae plerumque cysthepatolithiasis: videntur tamen inferri: haemorrhois, mariscae, metrorrhagia, haematemesis, dysenteria, aliquando ponderis sensus in hypochondrio dextro, aurigo; praegressa atra bilis, dysarthritis forte lumen dabunt.

CAVSSAE.

Communes v. et *cysthepatolith.*

ENERGIA.

Vix vlla, nisi quod calculi interdum ex ductibus hepaticis resoluantur et eliminentur.

CVRATIO.

Indicationes communes.

β. CYSTHEPATOLITHIASIS o).

Calculi cystidis felleae constant materia biliosa, flaui, leues sunt, et facile ignem concipiunt: sunt tamen et graues, ignem non concipientes, compacti, nigri, calculi; *colore* sunt flauo, dilute croceo, albido, cinericeo, nigricante, atro, fusco, caeruleo, viridi, variegato, coloris expertes, pellucidi, instar crystalli, et splendescentes; in cauo cystidis reperti. *Numerus* variat,

n) BONETI sep. s. 17. obs. 13. §. 1. 2. 4. 6. 7. s. 18. obs. 4. rel. FOREST. L. 19. o. 14. COLVMBI anat. l. vlt.

o) DONAT. hist. med. mir. l. 4. c. 30. VESAL. de rad. chin. FALLOP. obs. anat. STEPHAN. in diss. part. c. h. l. 3 c. 42. COLVMBI anat. l. vlt. COITER obs. anat. HALLER. op. min. T. III. p. 323. v. SWIETEN §. 950. MORGAGNI XXXVII. 15. sq. LXV. 11. Mem. de l'Ac. de chir. I. 177. BONETI sep. t. 2. s. 8. obs. 31. 32. 33. 4. 5. 6. 8. 9. 22. 23. 25. HALLER in BOERH. III. 166. MORTON. phthis. l. 3. n. 13. Zod. Med. Gall. a. 1. m. mai. obs. 6. MEAD. mon. p. 159. Journ. de Med. 1755 BIANCHI hist. hep. I. p. FR. HOFFMANN de spasmo a col. bil. §. 1. obs. 1. de MEYSEREY n. 419. TH. COE tr. on biliary concret. or stones in the Gall bladder and ducts. Lond. 1757. 8. Prodr. act. Hafn. p. 124. SABATIER d. de var. calcul. biliar. specieb. Monsp. 1758. 8. Comm. Lips. VII. 26. 483. Rec per. T. 5. p. 346. T. 6. p. 216. Z. VOGEL obs. med. chir. p. 155.

LITHIASIS.

variat, dum aliquando fuit vnus, non raro plures, vt MENTZELIVS p) vltra mille numeraret, imo STORCHIVS q) vltra 2 millia et FASCHIVS r) 3646. granula reperirent. Variat et *pondus*, maxime ſecundum numerum, dum vnus, vel aliquot ouum columbinum, vel ſemiouum gallinaceum adaequant, alias cicerum, vel milii ſeminum magnitudine deprehenduntur. Variat et *figura*, quae eſt ſphaerica, oualis, anguloſa, maxime ob adfrictum obtuſa, rarius acuta.

Frequentat haec magis, quam nephro-aut cyſtolithiaſis, et frequentius in quibuſdam regionibus, potiſſimum ad fluuios, maximeque in ſeneſcentibus occurrit. Non raro impune fertur, aut diſſimulatur, alias infert paſſiones varias, prout varia eſt calculorum ſedes et copia. Igitur

a. *Si calculi haerent in veſica fellea*, producuntur: hepatitis, cyſtica, icterus, melaſicterus, praecipue periodicus, vomitus, colica, hepatalgia, ſ. grauitas vel dolor acutus, tenſiuus, in regione hepatis, ad cartilaginem enſimormen extenſus, atrox, a paſtu auctus dolor, etiam in humero et brachio dextro, rheumatico ſimilis, anxietas, tormina, a motis calculis aucta; linguae et cutis ſiccitas, virium proſtratio, obſtipatio, cyſtidis hydrops bilioſus, (qui innoteſcit hypochondrii dextri tumore, digitis prementibus facile obedienti, mobili, et vel hepatis, et adiacentium partium inflammationem male inducit, aut calculis ſolutis diarrhoea bilioſa ſoluitur, aut ruptura cyſtidis) ruptura, vlcera, excreſcentiae, craſſitudo eius membranarum, rel.

b. *Si calculi haerent in ductu cyſtico aut choledocho*, oriuntur: regionis veſiculae felleae *dolor*, acutus, fixus,

p) E. N. C. dec. 1. a. 9. obſ. 181.
q) C. L. Nor. 1735. h. 59. n. 4.
r) A. N. C. T. 5. obſ. 68.

LITHIASIS.

fixus, profundus, ſubitaneus, certis interuallis exacerbatus, ad cordis ſcrobiculum extenſus, ſine febris et inflammationis ſignis, nauſea, vomitus, ſyncope, anxietas vehemens, obſtipatio cum faecibus albis argillaceis, colica, icterus, melaſicterus, rel.

CAVSSAE.

Communes, maxime humorum, hepar transfluentium, viſciditas, hepatis vitia varia, in primis robur infirmum, obſtructio, ſcleryſma, imo thoracis vitia diuturna, tum atra bilis, dyſarthritis, arthritis, aliaeque lithiaſis ſpecies.

ENERGIA.

Interdum cum leuamine calculi per ductum *choledochum* et communem in inteſtina tranſeunt, vbi vero morati incrementa ſumunt, euacuati autem morbum vlterius declarant, ſi ſigna dicta praeſto fuerunt, aut et iam ſunt,

CVRATIO.

Indicationes communes.

Ad 2. *comm.* Huc lithontriptica non irritantia, vt ſuccus gramin. rec. tarax. crem. tartari, rel. Imo lithotomia locum habet, quando veſicula fellea peritonaeo arcte adhaeret, cuius vero adhaeſionis ambigua ſigna ſunt, et niſi adhaeret, aut fruſtranea eſt, aut vlcus, vel fiſtula, remanent: aut vlcus ſponte excitatum calculi extractionem permittit.

Ad 3. *comm.* Conueniunt diluentia, demulcentia, anodyna, imo ſub grauiori dolore opiata, non neglectis externis inunctionibus, fotibus, balneis, enematibus ſimilibus. Fuga emeticorum, catharticorum commendanda potius, quam ſuadendus eſt eorum vſus,

β. b. *Simulata.*

Aut dyſarthritidis, aut arthritidis incipientis, aut alius morbi progenies, nititur ſpaſmo cyſtidis et ductuum.

Diagnoſis

LITHIASIS.

Diagnosis difficilis est, signa tamen morbi praesentis lumen dabunt.

β. c. *Lithiasis tunicarum et glandularum cystidis felleae* [s]).
Cadauerum solum incisione definitur: calculi deprehenduntur in cystidis cauo, membrana circumdati, connexa cum iis cystidis. Signa β. communia.

b. GASTROLITHIASIS [t]).
Genesis calculorum in ventriculo, gastrodyniam, vomitum, interdum concretionum lapidearum, strepitum in epigastrio, etiam palpando innotescentem, et cysthepatolithiasis symptomata inferre solet.

CAVSSAE.

Communes: deglutitio voluntaria lapidum, abusus absorbentium, nucleorum horaeorum fructuum deglutitio.

ENERGIA.

Vomitus.

CVRATIO.

Indicationes communes. An emetica? Ita videtur, nisi quid contraindicat.

β. *Callus membranarum ventriculi:* Ventriculus gypsea materia obductus.

a. *Pylorus callosus* [u]).
Tribus circiter post pastum horis vomitus, anorexia, nausea, aluus tarda, obstipata, marasmus, durities quaedam in explorato ieiuno ventriculo, aegro supino et genubus flexis, in regione pylori, interdum in fine duodeni, aliisque locis.

CAVS-

s) Zodiac. med. Gall. l. 3. f. 21. obs. 4. §. 11. E. N. C. dec. 1. a. 3. obs. 45. Misc. Berol. vol. 4. ab ELLERO. MORGAGNI l. 56. XXXVII. 21. 29. a. f.

t) DONATI h. m. m. l. 4. c. 30. SCHNEIDER de cat. l. 3. c. 7. RIVERII op. p. 566. Phil. Transact. 1741. n. 459. 1678. n. 3. SCHENCK obs. Cl. ESCHENBACH obs 9. p. 46.

u) FR. HOFFMANN §. 22. de vom. WILLIS. T. 2 p. 24. Zod. M. Gall. T. I. p. 46 BONETI sep. de vom. obs. 17. 18. 19. 20. Journ. de med. dec. 1756. nov. 1759. p. 409. BOEHMERI d. de vom. pituit

LITHIASIS.

CAVSSAE.

Communes, maxime abuſus calidorum, vita ſedentaria, ſitus, hypochondria comprimens, ſenium, gaſtritis male iudicata, rel.

ENERGIA.

Vix vlla.

CVRATIO.

Palliatiua, leuamen a lactis vſu.

c. ENTEROLITHIASIS x).

Diuerſae etiam a bilariis naturae, non inflammabiles, laminati, cretacei, aſperi, bilariis maiores, anſerini oui mole, in colo, coeco, recto inuenti, aut excreti ſunt calculi. Lithiaſis inteſtinorum infert colicam, ileum, rachialgiam, choleram, dyſenteriam pertinacem, teneſmum, obſtipationem, iſchuriam, vrethralem; aliquando palpando deprehenditur durities notabilis in locis inteſtinorum, et ſuſpicionem mouent cauſſae.

CAVSSAE.

Communes: praegreſſae cyſthepatolithiaſis, gaſtrolithiaſis, abuſus terreorum, nucleorum, lapidum deglutitio, faeces induratae.

ENERGIA.

Euacuatio calculorum per aluum.

CVRATIO.

Indicationes communes.

Enemata et hydrargyri deglutitio, praeſertim in ileo, ſaluti cedunt.

c. β. *Callus membranarum inteſtinorum* y

Paſſiones ſimiles praecedenti.

CAVS-

x) BALLON. conſ. l. 2. c. 24. BONETI ſep. l. c. obſ. 14. 17. Journ. de Med. ſep. 1758. p. 261. BENIV. de abd. c. 34. SAUV. ileus ſp. 10. ei. colica ſp. 15. N. A. N. C. T. I. p. 241. Mem. de l'ac. de chir. T. 3. p. 55. 57. TH. COE l. c. p. 130. Mem. de l'ac. des ſc. de Berlin 1759. p. 35. HALLERI el. phyſ. VII. 1765. c. auct. cit. Eſſ. d'Edimb. II. 345. ſq.

y) BENIV. l. c. BONET. l. c. A. N. C. T. 3. obſ. 132. MORGAGNI XXXIV. 34.

LITHIASIS.

CAVSSAE.

Communes praetereaque enteritis, male iudicata.

CVRATIO.

Indicationes communes et ſcirrhi remedia.

d. SPLENOLITHIASIS [z]).

Lien calculoſus, lapidoſus, vel cartilagine obductus, experitur ſplenitidem, et aſcitem infert, aut nullas paſſiones.

CAVSSAE.

Communes, lithiaſes aliae praeſentes, aut praegreſſae, maxime hepatis, praegreſſa ſplenitis male iudicata, tetartaea diuturna.

ENERGIA.

Vix vlla, nec plura ſpondet

CVRATIO.

e. PANCREALITHIASIS.

f. NEPHROLITHIASIS [a]).

Calculi renales ſunt *colore* vario, crocei, rubentes, albicantes, niuei, ſplendore nitido, pellucidi, nigri, rel. plerumque friabiles, ſed et cryſtallina duritie. Cient aut nulla, aut pauca, tardeque comparentia ſymptomata, quod fit maxime, quum lente increſcunt, laeues ſunt, renum vero ſubſtantia eſt dura, calloſa, cartilaginea, aut nerui ſenſim hebetantur, lotioque ſupereſt tranſeundo via, rel. Saepius tamen excitantur dolor in lumbis fixus, ſtabilis, niſi per ilia ad peluim vel teſtes excurrat, ſaepe grauatiuus, interdum acerbiſſimus, infixi aculei more pungens, ſub decubitu in partem adfectam minor, in oppoſitam, et poſt cibum adſumtum, et corporis exercitationem, au-

z) BONETI ſep. l. c. obſ.. 6. 7. MORGAGNI XXXVI. 14. ſq. LXV. 11. Comm. Lipſ. VII. 112. Hiſt. de l'ac. des ſc 1758. p 41.

a) I. H. SCHVLZE d. de lithiaſi pr. ren ſin. REICHEL d. de calc. ren MORGAGNI XL. 13 ſq. LVII. 12. Journ. de Med. 1762. p. 247. HALLER op. path. obſ. 34.

LITHIASIS.

augescens b), ieiuno ventriculo et sub quiete remittens, verbo, nephralgia, febris nulla, vtique initio, testis eiusdem lateris retractio, femoris stupor, trunci incuruatio, anorexia, flatulentia, nausea, vomitus, seu dyspepsia, hepatalgia, obstipatio, pulsus duri, parui, depressi, pleurodyne, orthopnoea, dyspnoea, palpitatio, paroxysmi nephralgici recurrentes, dysuria, stranguria, frequenter adfligens, excretio vrinae, cruentae, muco, flocculis, membranis, sabulo, lapillis, refertae, post vrinam tenuem, admodum acrem, paucam, dysuria, ischuria vera renalis, cystocele, cystobubonocele, cystocolpocele, parorchidium, abortus, physconia renalis, non raro nephropyogenia, aut vretero-cysto-vrethrolithiasis. Est vel morbus solitarius, vel comitatus cysthepato- aut cystolithiasis, arthritidisque verae c).

CAVSSAE.

Communes, vulnera in regione renum, thrombi sanguinei, in renibus commorantes.

ENERGIA.

Calculi minores per diuresin non raro euacuantur, aut maior calculus dissoluitur, et sub arenae forma eliminatur.

CVRATIO.

Indicationes, communes.

Calculi per nephrotomiam auferri possunt, dum abest nephropyogenia, ceterum lithontriptica laudantur, vbi euitentur diuretica acria. Iter per vreteres, vesicam facilitetur relaxantibus, anodynis, internis, externis, dictis ad cysthepatolith.

f. b. *Lithiasis substantiae renis* d).

f. c. *Dis-*

b) REGA tamen (de conf. p. p. 293.) „A pastu colicus dolor augetur, secus vero in nephritide (calculosa)„ et in nephritide difficillime incumbunt in partem adfectam.

c) Pars adfecta aliquando non vere lithiasi laborat, sed opposita, teste BAGLIV. op. p. 420.

d) PROMT. HAMB. vol. XX. p. 1. p. 3.

LITHIASIS.

f. c. *Diſſimulata* e).

Excitat ſigna cyſtolithiaſis, vt tamen calculus in cyſtide nec exploratione, nec catheteriſmo, reperiatur.

f. c. β. *Diſſimulata* f).

Signa apoſtematis hepatis, a lithiaſi purulenta renis.

f. d. *Simulata* g).

Dyſarthritis hanc excitat, indeque, arbitror, explices, cur multa dicantur eſſe lithontriptica, quae dyſarthritidi tantum medentur, quorſum procul dubio vua vrſi. Calculus eſt tophaceus, cretaceus, friabilis, vt in dyſarthriticis, vbi tranſit in f. a.

g. VRETEROLITHIASIS h).

Calculi renales, ad peluim et vreteres delati, morati, vlterius creſcunt, et poſt nephrolithiaſin inferunt dolores, conſentientes cum vreterum itinere, aut ſede calculorum, iſchuriam vretericam, (vreterum ampliationem nimiam).

CAVSSAE.

Dictae.

ENERGIA.

Aliquando calculi ad cyſtidem ablegantur, imo eliminantur.

CVRATIO.

Indicationes, communes.

h. CYSTOLITHIASIS i).

Calculorum cyſtidis alii ſunt murarii, gypſomurarii, gypſei, ex lapillulis concreti, rûffi, nucleo inſtructi, duriſſimi, rel. vel in veſica geniti ex materia, quae et naturali ineſt vrinae, adhaerenti materiae peregrinae, glo-

e) BONET. ſep. ſ. 25. obſ. 10. MORGAGNI XLII. 5. 3. 4.

f) SAUV. hepatalg. ſp. 9. Journ. de med. ſept. 1762. p. 247.

g) FR. HOFFMANN T. 3. SYDENH. I. 485. MVSGR. de arthr. c. 9. et 17. p. 154. DE MEYSEREY T. 3. n. 374.

h) MORGAGNI XL.

i) MORGAGNI XLII. v. SWIETEN V. §. 1414 ſq.

LITHIASIS.

globuli ſanguineis, vel aliunde in veſicam pulſis, vel ex renibus, vreteribus, delati ad veſicam et remorati, incrementa ſumſerunt in veſica. Paſſiones vel nullas interdum edunt, vel ſequentes: dyſuria frequens, vel periodica, vel continua, dolor acutiſſimus extremi glandis, a mictione recrudeſcens, frequens, eaque iniucunda penis tentigo, in qua idem nec erigitur vere, nec craſſeſcit, pondus aſſiduum in perinaeo et pube, cum titillatione vaga, inceſſus cruribus diuaricatis, teneſmus frequens, exania, parorchidium, impotentia, ſterilitas, ſtranguria, haematuria, maxime poſt equitationem vel vectionem in curru, ſubitanea, ſaepe inter mingendum accidens iſchuria fugax, mutata corporis poſitione, in primis reſupinato corpore, cruribus decuſſatis, cathetere, haud aegre reuocanda mictio, vrina craſſa, alba, turbida, tenuis, foetens, coloris obſcuri, ſanguine interdum et fibris innatantibus mixta citra vlcus, genitalium ab aegro ſaepe contrectatarum pruritus, catheteriſmo, exploratione, immiſſo in anum aut in vaginam in mulieribus, digito, detecta calculi exiſtentia, cyſtitis, cyſtopyogenia k).

CAVSSAE

Communes, nephrolithiaſis, immiſſio rerum in cyſtidem rel.

ENERGIA.

Minor calculus aliquando expellitur, maior contractione veſicae interdum laeuigatur, vt, ſimul imminuta veſicae ſenſibilitate, minus moleſtus ſit, et ſic diu, inſciis eodem laborantibus feratur. Facilius prodit in feminis.

CVRATIO.

Indicationes, communes.

Lithotomia, maxime lateralis. In feminis natus in veſicae parte infima, ad vuulam, facile eximitur.

h. β. *Si-*

k) Calculus XXXIII. vnciar. Comm. Lip. I. 709.

LITHIASIS.

h. β. *Simulata.*

a. *Arthritica* l).

Eſt a dyſarthritide.

b. *Nephrolithica* m).

h. γ. *Diſſimulata* n).

Latet interdum calculus intra parietes membranae internae veſicae abſconditus, quo fit, vt vel nec catheteriſmo, nec exploratione detegatur, vel hodie detegatur, cras abſcondatur.

h. δ. *Veſicae internae incruſtatio calculoſa* o).

Iſchuria veſicalis.

ε. *Veſica calloſa* p).

Haematuria, dyſuria.

i. LITHIASIS COMPLICATA. *Nephro-cyſto-cyſthepatolithiaſis* q).

Syndrome epigenematum cyſthepato- et vel nephro- vel cyſtolithiaſis: et ſalus petenda a ſimplicibus.

Hanc complicationem BAGLIVVS inter conſueta poſuit, vt rationem quaereret, cur, exiſtentibus calculis in veſica fellea, germinent quoque in vrina, et contra? et VATERVS, manifeſtum eſſe, dixit, cauſſas vtrorumque magna ex parte eſſe communes.

k. VRE-

l) MORGAGNI XLII. 10.

m) Cf. nephrolith. diſſimul.

n) PLATNER d. de calc. ad veſ. adhaer. MORG. l. c.

o) SCHACHT inſt. med. pr. l. 8. c. 2. et 8.

p) Act. Helvet. Vol. I. p. 13.

q) MORGAGNI ep. an. I. 48. an med. XXXVII. 43. LVII. 12. BONETI Sep. l. 2. S. 4. o. 35. l. 3. S. 22. o. 1. S. 23. o. 4. §. 10. S. 24. o. 2. §. 12. o. 6. §. 4. o. 10. a. §. 4. S. 25. o. 9. §. 5. L. a FONTE conſ. 134. HOECHSTETTER obſ. dec. 10. c. 9. WEPFER hiſt. apopl. auct. h. 13. Sch. n. 5. Act. Havn. vol. 5. o. 65. MORTON phthiſ. l. 3. c. 14. h. 5. REVERHORST d. de motu bil. §. 56. BERGERI phyſ. l. 1. c. 14. LANCIS. op. T. 2. d. 110. HOFFMANN obſ. 1. E. N. C. dec. 3. a. 9. & 10. o. 171. c. 3. o. 45. c. 9. o. 76. A. N. C. T. 1. o. 20. T. 4. o. 49. T. 5. o. 129. Comm. Lipſ. Nor. 1734. h. 6. n. 6. 1735. h. 52. n. 4. 1743. h. 32. n. 3. BAGLIV. exp. c. bil. opp. — A. VATER d. th. 8. POHLII d. de proſt. calc. adſ. § 7.

LITHIASIS.

k. VRETHROLITHIASIS r).

In feminis, potiſſimum vero in viris, moratur interdum calculus in vrethra, per vrinae acceſſum ſaepe ad plures libras auctus. Signa cauſſarum, et palpo deprehenditur in viris corpus durum, vrethram diſtendens, in feminis digito aut cathetere, impotentia, ſterilitas, iſchuria, rel.

CAVSSAE.

Communes, praegreſſae nephro- cyſto-lithiaſis, vel res peregrina in vrethram immiſſa.

ENERGIA.

Minor non raro ſenſim per vrinae vim expellitur.

CVRATIO.

Indicationes, communes.

l. COLPOLITHIASIS s).

A dyſtocia cyſtorhexis, inde vrinae mora in vaginae fundo, dolores, tormina vaginae, inceſſus difficultas, ſterilitas.

CAVSSAE.

Patent.

ENERGIA.

Ambigua.

CVRATIO.

Indicationes, communes.

Non difficulter eximitur, ſed facile renaſcitur.

m. HYSTEROLITHIASIS ſeu METROLITHIASIS t).

Vteri

r) Phil. Tranſ. vol. LI. p. I. p. 304. BONETI Sept. med. L. 3. S. 26. c. 5. 12. 17. 18. 33. 34. 35. BENIV. obſ. med. chir. c. 78. SCHENCK l. 3. o. 5. 7. MANGETI b. m. pr. T. I. p. 349. 351. A. N. C. T. I. o. 239. Mem. de l'ac. de chir. T. 4. p. I. T. 8. p. 334 ſq. ACREL ch. V. T. 2. p. 56 ſq. 77 ſq. MORG. XLII. 42. HENCKELS Samml. v. Beob. II.

s) De SAUVAGES II. 127.

t) E. N. C. dec. I. a. 4. o. 65. Act. Erudit. 1712. Aug. PVZOS tr. des acc. p. 139. Mem. de l'ac. de chir. T. 2. p. 130. Journ. de med. Juill.

LITHIASIS.

Vteri calculi ſunt leues, albi, gypſei; deſignant ſenſus ponderis, dolorum grauatiuorum in regione vteri, lumborum, femorum, inter faecum deiectionem, claudicationem inferentium, pruritus ferinus vuluae et inguinum, iuxta femora, dyſuria, iſchuria vrethralis, grauiditas ſimulata perennis, ſterilitas, dyſtocia ſimulata, leucorrhoea, etiam purulenta, hydrometra, metropyogenia, excretio calculi per vaginam.

CAVSSAE.

Communes, aetas, catameniis carens.

ENERGIA.

Aliquando ſponte prodit calculus.

CVRATIO.

Indicationes, communes.

m. β. *Hyſterolithus* u).

Superficiei aut magnae vteri partis induratio calculoſa.

m. γ. *Grauiditas calculoſa perennis* x).

Fetus, calculo obductus, per plures annos in vtero deliteſcens.

n. EPIPLOOLITHIASIS y).

A calculo omenti phyſconia, durities in loco, vbi latet.

CAVSSAE.

Communes.

CVRATIO.

Lithotomia.

o. MESENTERIOLITHIASIS z).

Calculi

Juill. 1759. p. 336. Comm. ac. Harlem. T. 3. p. 603. Phil. Transact. V. 9 p. 191.

u) DVNCAN pathol. l. 2. C. L. N. 1731. p. 238.

x) F. PLATERI l. 3. p. 818. I. G. WALTER obſ.

y) PANAROLI pent. 3. obſ. 10. Hiſt. de l'ac. R. des Sc. 1732. p. 34.

z) E. N. C. dec. 1. a. 1677. obſ. 50.

LITHIASIS.

Calculi meſenterii, nigricantes, rel., excitant dolores vehementes ad latus lumborum, et ad femur, vel ad vmbilicum, imo nephralgiam, progrediendi impotentiam, vomitum, nauſeas frequentes, haemorrhoidem, obſtipationem, extremorum frigus, rel.

CAVSSAE, CVRATIO.

Communes.

p. LITHIASIS VESICVLARVM SEMINALIVM a).
Impotentia.

q. PROSTATAE b).
Impotentia.

r. TESTICVLORVM c).

s. IN PERINAEO d).

t. OVARII e).

u. ALIARVM CORPORIS PARTIVM, EXTREMORVM.

a. VASORVM MEMBRANARVM f).

Non raro, etiam in iunioribus ſubſtantia calculoſa vel in vaſorum cauo, vel in eius membranis, *deponitur;* vnde non aneuryſma ſolum, ſi idem in arteriis, et alia mala ex abnormi circulatione oriuntur, quorum cauſſa difficulter eruitur, niſi atra bilis, arthritis, aut aliae lithiaſis ſpecies lumen dare poſſunt.

CAVSSAE, CVRATIO.

Communes.

b. TOPHI ſ. TOFI ARTICVLORVM g).

Cal-

a) E. N. C. dec. 2. a. 6. o. 68. MORGAGNI l. c.

b) MORGAGNI XLII. 37.

c) HALLERI diſſ. chir. t. 5. p. 558. DIONIS anat. p. A. A. f. pr. A. T. 5. p. 525. Zod. M. G. II. 74. Mem. de chir. T. 3. p. 332. *In ſcroto*, a fiſtula, Rec. Per. T. 9. p. 64. 65.

d) Mem. de chir. T. 3. l. c.

e) Coll. Franc. vol. V. p. 178 ſq.

f) Act. Suec. vol. XI. p. 12 ſq. Comm. Lipſ. III. 196. Comm. Litt. N. 1731. 407 ſq. 238.

g) Zod. M. G. I. 99. 173. Med. obſ. and Inq. vol. I. p. 48 ſq. Hiſt. de l'ac. des Sc. 1758. p. 430. AVICENNA Can. IV. fen. 7. tr. 3. c. 14.

LITHIASIS.

Calcareae concretiones ad iuncturas articulorum, tam ſuperiorum, quam inferiorum extremitatum in arthritide confirmata, ſeu quae tranſiit in lithiaſin.

Tentandi ſales alcalini volatiles cum abſorbentibus.

C. CORNVA h).

In melancholicis viſa, certe huc pertinent, quod et indoles eorum teſtatur. Sunt concretiones calcareae, oſſeae, lamellatae.

DYSTROPHIA.

DYSTROPHIA eſt morbus haereditarius, congenitus, plerumque adquiſitus, topicus, idiopathicus, deſignatus per partis oeconomiam, pro ſpeciebus et ſede diuerſimode alienatam.

CAVSSAE.

Formalis eſt ex languore partis, humorem adductum, varia ſaepe qualitate peccantem, non ſufficienter excludentis, mutantis, aut reſorptione languida enata nutritio morboſa.

Remotae ſunt, quae circuitum humorum debilitant, ſolidorum actiones imminuendo, obſtructiones producendo, hinc vita ſedentaria, ſomnus protractus, triſtitia, moeror, aër humidus, vita a parentibus exhauſtis, ſyphiliticis, arthriticis, et morbo noſtro laborantibus, adepta, vſus ciborum craſſorum, dyſpeptorum, rel.

ENERGIA.

Obtinet in morbo recenti, aduentitio, ſub congrua diaeta, per pepſin, imo pepaſmon.

CVRA-

h) AVENZOAR l. 2. c. 5. FALLOP. epiſt. c. 7. INGRASSIAS de tum. pr. T. 1. p. 336 SCHENCKII l. 1. o. p. 12. DALECHAMP. ad PLIN. l. 11. c. 37. SCALIGER ann. 199. n. 5. ad CARDAN. FABRIC. HILD. C. II. o. 26. 25. C. I. ep. 20. M. N. C. a. 1. d 1. obſ. 30. BARTHOL. C. 1. h. 78. C. II. n. 26. OLAVS WORM. Muſ. 3. c. 25. LORRY m. cut. p. 519.

DYSTROPHIA.

CVRATIO.

Indicationes.

1. Fugiendae cauſſae, et his contraria ſenſim admittenda.
2. Humor, a nutritione congrua alienus, corrigendus ſic, ne mutatione magis noceat.
3. Sub correctione, et hac abſoluta, languori, vel vniuerſali, vel particulari, aut vtrique, ſatisfiat.
4. Vbi licet et confert, operatio chirurgica conueniens inſtituatur. Cf. *Species.*

SPECIES ET VARIETATES.

I. SARCOMA.

Dyſtrophia, deſignata per nutritionem partis adauctam, ſeu excreſcentiam.

A. GENVINVM. Tumor ſolitarius, cuti concolor, tarde increſcens, ad tactum aequabilis et duriuſculus, indolens, a materia carnis aemula natus, variae figurae et magnitudinis, interdum ſtupendae molis. — Variat ſede. Cf. pathol. ſpec.

B. FVNGVS. Tumor mollis, ſpongioſus, elaſticus.

C. POLYPVS. Sarcoma lymphatico-membranaceum.

a. Narium [i]).

α. *Vulgaris.* Eſt ex ſubſtantia, glanduloſam inter et carnoſam media. — Num hic cariem ſupponit [k])?

β. *Pituitoſus.* Ex pituita concreta et inſpiſſata. PALFYN.

γ. *Proptomaticus.* MAVCHART. [l]). Ex prolapſu membranae pituitariae.

δ. *Cyſticus.* RVYSCH. Ex membrana vnica, ſeu capſula, humore viſcido turgida.

ε. *Ve-*

i) MORGAGNI XIV. 17. Journ. de med. Nov. 1763. RICHT. chir. B. IV. 319. alii.

k) ACREL chir. V. p. 162.

l) ACREL l. c. p. 166 ſq.

SARCOMA.

e. *Vesicularis*, ex vesiculis, sero plenis.

f. *Cartilagineus.* MEECKREN [m]).

b. Tubae Eustachianae [n]).

c. Cordis [o]).

Infert sensum ponderis et oppressionis in regione cordis, cardiogmum, habitualem palpitationem, anxietatem incredibilem, syncopem, lipothymiam, asphyxiam, dyspnoeam, orthopnoeam, asthma, peripneumoniam, haemoptysin, passiones capitis, apoplexiam, cachexiam, hydropem, phlegmatiam. Soluentia, saponacea, aqua calcis, solutio salis ammon. conducunt.

α. *Dextri* [p]).

Pulsatio venarum iugularium.

d. Faucium et oesophagi [q]).

Raucedo, dysphagia.

e. Arteriae asperae et bronchiorum [r]).

Dyspnoea, haemoptysis, tussis, pneumophthoë, reiectio polyporum, vasa pulmonalia mentientium, interdum ad annos durans.

f. Intestinorum [s]).

Concretiones lymphaticae, instar membranae villosae intestinorum, maxime sub dysenteria, obstipatio, enteritis.

g. Vte-

m) ACREL l. c. p. 166.

n) VALSALVA de aure p. 112.

o) BALLON. epid. l. 2. p. 144. TVLP. l. 17. RIVERII C. 1. o. 82. C. PISO m. ser. p. 214. SENAC de corde l. 4. c. 10. Hist. de l'ac. des Sc. 1704. p. 109. MORG. XXIV. 23. FELICE d. p. 128 sq. KLAVNIG nosoc. obs. 22. BARRERE obs. an. ed. 2. p. 109 sq. Phil. Trans. n. 308. Act. Helvet. vol. II. p. 123.

p) SAGAR cardiogm. sp. 1.

q) Act. Helvet. I. 62. Hist. de l'ac. des Sc. de Par. 1754. p. 74. S. SCHMIEDER sch. de pol. oesoph. Delic. 1717. et in HALLERI d. pr. T. VI. n. 258. Comm. Lips. I. 455.

r) GALEN. meth. med. l. 5. c. 15. TVLP. l. 2. c. 7. c. 3. BARTHOL. c. 3. h. 98. KAAW persp. H. p. 114. Phil. Trans. 1727. n. 398. 1731. n. 409. Journ. de med. Juill. 1759. p. 42. LIEVTAVD an. pr. T. 2. p. 297. Hist. de l'ac. des Sc. de Par. 1762. p. 53. Comm. Lips. XVII. 208.

s) Coll. acad. T. 3. p. 633. obs. 187. p. 588. MORGAGNI. XXI 20. XXXI. 18. sq. Mem. de l'ac. des Sc. de Berl. 1759. p. 39.

SARCOMA.

g. Vteri. CERCOSIS AETII t).

Tumor carnosus in genitalibus mulierum, *non perforatus*, *vndique liber*, *pyriformis*, *radice angustiore in vtero nata*, plerumque *indolens*, *non reponibilis*, *nec compressibilis*, citra vesicae herniam comparens, leucorrhoea (a collo aut margini orificii adnato) et metrorrhagia (ab adnato interiori vteri faciei), dysmetrorrhoea, sterilitas, aut abortus, metrorrhagia a soluto. — Mulieres, viro vtentes, habent pro grauiditate; geritur citra incommodum sarcoma, vtero interno adnatum, et in lucem editum videtur corpus, vtero accommodatum, adiposum, solidum. Initio, dum totum vterum non replet, catamenia libere fluunt, dein vero supprimuntur, imo superueniunt phlegmatia, leucorrhoea, abortus, si cum vera grauiditate complicatur, tumque, et in partu tempestiuo, cauendum, ne auferatur pro placenta, et metrorrhagia inducatur. — Salus a sponte soluto, ligatura, sectione.

h. Vaginae. Ex rugis vaginae natus, symptomata similia.

i. Vrethrae. Non raro post gonorrhoeas, haemorrhoidem vrethrae: mictio bifurcata, dolores in vrethra sub mictione, resistentia ibi innotescens per candelulas, iniectiones, catheterismum, dysuria, ischuria.

k. Vesicae u).

Lumbago, ischias, haematuria, dysuria.

D. CYSTIDES. Tumores lenti, doloris expertes, ab humore, in folliculo proprio, vel alieno, praeter naturam collecto, oriundi.

a. Aneurysma. Cystis arteriosa.

a. Ve-

t) A. N. C. vol IX. p. 59. Mem. de chir. T. 3. p. 518 sq. Journ. de med. Mars 1764. p. 246. dec. p. 526. Comm. Lips. XIV. 88. 395.

u) Phil. Trans. vol. 47. p. 292. Comm. Lips. III. 35.

SARCOMA.

a. *Verum*, a dilatatione parietum vaſorum ortum, tunicis integris.

α. *Externum*.

Tumor ad locum arteriae externae, figura ouatus, cylindraceus, lente increſcens, baſi plerumque lata, cuti concolor, paruus cum ſtrepitu preſſioni cedit, ablata redit, et arteriae pulſus refert, maior autem, et coagulo repletus, ſenſum formicationis creat, nec preſſione imminuitur x).

β. *Internum*.

Aneuryſma ad arteriam abſconditam aegre cognoſcitur variis ſymptomatibus, loco reſpondentibus, cauſſis praegreſſis, inſolita pulſatione, cordis motu turbato, et aucta ſanguinis velocitate fere ſuffocato v. c.

1. *Aneuryſma cordis*, cor auctum, ſarcomaticum, cordis tremor, cardiogmus GALENI et EROTIANI y). Signa peripneumoniae, acutae, chronicae, reſpiratio impedita, celeris, anxietas ingens aegrotorum, ſub crebra membrorum iactatione, ſtragulorum impatientia, magna palpitationum vis et frequentia, a leui cauſſa cum lipothymiis aucta, leuamen a ſitu horizontali, dyſphagia, nauſea, vomitio, cardialgia, tuſſis, haemoptyſis, oculorum nitor deperditus, genarum liuor, vngues manus, et pedes, plumbeo colore maculantur, ephidroſis frigida, pulſus celerrimi, aut pleni, viuidi, aut contracti, inaequales, thorax, in ſiniſtra parte ſupra cor percuſſus, in magna circumferentia carnis percuſſae ſonitum edit: ſub

x) Eo validius pulſat, quo validius pulſat arteria, ſ. quo maior eſt et cordi proximior 2) quo minus et magis flexile eſt aneuryſma. Inueteratum ſaepe turicas, et lamellas (oſſeas adipiſcitur, vbi minus valide pulſat, maxime ſi eius cauitas concreto polypoſo vel grumoſo infarcta eſt.

y) SCHENCK de verme cord. l. 2. o. p. 296. SENAC de corde. p. 414. Phil. Tranſ. vol. LII. p. 1. p. 344. SAUV. Palpit. Sp. 1. 4. cardiogm. Sp. 6. MARCHETTIS obſ. 49. AVENBRVG. l. c. § 49. p. 360. MECKEL in Mem. de l'ac. des Sc. de Berl. 1750. p. 163. ſq. A. N. G. vol. X. p. 140. ſq.

SARCOMA.

ſub finem incidunt phlegmatia pedum, tibiarum, hydrothorax cum polydipſia, reſpiratio ſtertoroſa ſenſim fatiſcit, intermittit, ceſſat.

2. *Aneuryſma auriculae cordis* z).

Reſpiratio difficilis, ſuffocatoria, ex decubitu, violenta pulſatio infra cartilaginem xiphoideam, pulſus imminuti, fere euaneſcentes, phlegmatia pedum.

3. *Aneuryſma aortae* a).

Palpitatio, cardiogmus, continua, a motu leuiori aucta, haematemeſis, ſpaſma, lumbago, dolor dorſi pulſatilis.

4. *Aneuryſma coeliacae, ſplenicae* b).

Lumbago.

Vtrumque factum eſt ambitu arteriae aequabiliter diſtenſo, aut vno ſolum latere quaſi hernioſo.

b. *Spurium*, a dilaceratione, vulnere, parietum ortum, ſanguine aut in tunicas arteriae, aut in adiacentem celluloſam, effuſo.

α. *Diffuſum:* emphyſemati aut anaſarcae non diſſimile, quando ſanguis ex arteria per contextum celluloſum in vicinarum partium interſtitia excurrit, cito increſcens et debili pulſatione conſpicuum.

β. *Circumſcriptum:* quando ſanguis emiſſus in peculiari, a cellulari membrana, arteriam circumcingente, duriore facta, vel a ſuperiacente aponeuroſi, confecto ſacco haeret, verum aneuryſma facile ſimulans.

c. *Mixtum:* ab utroque a. et b. compoſitum.

d. *Simulatum* c).

A ruptura venarum.

e. *Aneuryſma varix* d).

Ana-

z) SENAC l. 4. c. 4. n. 3. Journ. de med. Avr. 1760. p. 346. SAUV. card. Sp. 3.

a) SENAC tr. de cord. l. 4. c. 8. n. 6. BAGLIV. op. p. 403. BONET. Sep. T. 2. p. 573. obſ. 35. SAUV. palp. Sp. 8. haematem. Sp. 2. Hiſt. de l'ac. des Sc. 1760. p. 49.

b) Comm. Lipſ. XVI. 531.

c) Comm. Lipſ. XVI. 140.

d) G. HVNTER. Med. obſ. and inq. vol. 1. p. 340 ſq. vol. 2. p. 390. vol. 3. p. 110. vol. 4. p. 377.

SARCOMA.

Anaſtomoſis, ſectione arteriae et venae facta, inter arteriam et ſubiectam venam In artu adfecto ad tractum arteriae tumor, arteriae pulſus naturali fortior, in loco laeſionis, tremulus et inordinatus motus, ſenſum ebullientis aquae vel ſtridorem apis referens, ligatura ſupra tumorem iniecta euaneſcens, non decreſcens ligatura, infra eumdem facta: ipſa arteria, in artu expanſa, verſus finem anguſta.

b. Varix. Cyſtis venoſa, ſenſim oborta, coloris ſaepe liuidi, preſſa, plerumque recedens, iterumque rediens.

a. *Solitarius*, ad nucis iuglandis magnitudinem ſaepe creſcens.

b. *Nodoſus*: in maioribus venis, earumque ſimul ramis obuius.

Sedes frequentiſſime in cruribus, potiſſimum feminarum.

c. Lupia. Cyſtis, materiam ſpiſſam, vel ſolideſcentem includens.

a. *Meliceris:* lupia, cui ineſt ſuccus, mellis conſiſtentiam referens.

b. *Atheroma:* lupia, cui ineſt concrementum pultaceum, grumoſum.

c. *Steatoma:* lupia, cui ineſt ſebi vel lardi ſimilis ſuccus.

d. *Ganglion:* cyſtis globoſa, renitens, in celluloſa tendinum, materiem continens albuminoſae ſimilem [e]).

d. Hygroma: cyſtis ſolitaria, a lympha ſincera congeſta, effuſa, mollis.

E. LIPOMA: Tumor ſolitarius, mollis, inaequalis, indolens, immobilis, planus, ab aucta pinguedine.

F. VERRVCA: Excreſcentia cutanea, vix ſenſibilis, interdum petiolata, modo gregalis, modo ſolitaria, varias partes obſidens, ſaepe ſolum topica, idiopathica.

G. CLA-

e) Meliceris matricem agnoſcere ſolet glandulam conglobatam, capillitio maxime infeſta, vbi talpae, teſtudinis, nomin venite; reliquae e tela celluloſa in artubus oriuntur, et maiori mole eſſe ſolent.

SARCOMA.

G. CLAVVS: excrefcentia callofa, dura, pedum digitis potiffimum familiaris, in centro callum duriffimum gerens, ex cuticula ad tendines, imo periofteum, penetrans, fummos dolores inducens, plerumque a compreffione nata.

H. CONDYLOMA: excrefcentia cutanea oblonga, vel expanfa, fico aut criftae gallinaceae fimilis, ad podicem et genitalia obuia, plerumque dolorifica, preffione non mutabilis, e fuperficie faepe ichorem fundens.

I. CARTILAGO. Excrefcentia (prolapfus) cartilaginis.

a. *Xiphoides* f).

Cartilago xiphoidea, ad vmbilicum vfque continuata, excitat dolores, anhelitus interceptionem, metum deliquii, fub grauiori incuruatione dyfpnoeam.

K. CALLOSITAS. Tumor offium fractorum, ad commiffuras enafcens.

II. SCROPHVLAE ff).

Morbus, endemius in Germania, Carinthia, Tyroli, Carniola, Thuringia, Hercynia, Weftphalia, alpibus, Heluetia, rel. neque in Hifpaniae, Angliae, Italiae, cet. terris defideratus, defignatur per glandularum conglobatarum tumores, fcirrho molliores.

A. CONSTANS.

a. RECENS.

In glandulis colli, axillarum, inguinum, fubmaxillarium, mefenterii, obtinent tumores, cuti concolores; fubiecta gaudent collo breui, temporibus preffis, maxillis largis, gingiuis contractis et induratis, vt dentes elongati appareant, facies pallet, labium fuperius et colum-

f) P. CODRONCHI tr. de prolapfu cartil. mucron. Bonon. 1603. 4. OL. BORRICHIVS in Act. Hafn. vol. 5. H. 1680. L. SEPTAL. de m. ex cart. mucr. prouen. Mediol. 1632. 4. TROSCHEL de al. fitu vifc. abd. §. 27.

ff) De HALLER el. phyf. I. 193, Comm. Lipf. IX. 61 fq.

SCROPHVLAE.

columna nafi tument, cutis laeuis, nares rubent, atque emittunt acrem, labium fuperius erodentem humorem, ophthalmia, epiphora, mydriafis, otorrhoea, vfcufcula oris fumme prurientia, pneumophthoë.

b. VETVS.

Vlcera pertinacia, fordida, in variis partibus excitat, adgreditur offa atque articulos, et cariem, exoftofes, anchylofin, paedarthrocacen, inducit.

B. MESENTERICA.

In glandulis, praefertim mefenterii, intumefcentia, phyfconia, aut ventris retractio, dein glandularum tumores, tactu diftinguendi, laffitudo, pallor, morofitas, inappetentia, pica, interdum anorexia, fitis nocturna, ieiuna aluus obftipata aut laxa, mucofa, chylofa, tormina, tenefmus alui et vrinae, faecum foetor infolitus, afcites, oedema, hydrothorax, macies reliquarum partium, tumor fcroti.

CAVSSAE.

Communes, et formalis quidem reducitur ad acidi abundantiam, feu ferofam cacochymiam, coniunctam cum vifciditate, per folidorum laxitatem, inertiam; remotae, vfus aquae, particulis metallicis, maxime vitriolicis impraegnatae, aër ftagnans, craffus, nebulofus, frigidus, fordities, vfus ciborum crafforum, hinc pultis, folani efculenti.

ENERGIA.

Vti non raro per totam vitam impune tolerantur, praecipue mobiles, aequales, non valde durae, non inflammatae, nec fuppurantes, ita pubertatis tempore non raro euanefcunt, quod et adultis contingit, aliquando tamen redeuntes, imo foluuntur per diabeten, otorrhoeam, tineam, catarrhum, diarrhoeam, praefertim in iunioribus.

SCROPHVLAE.

CVRATIO.

Indicationes. Communes, praeterea,

1. Cauendae inflammatio et ſuppuratio, auertendo acrimoniam, ad ſcrophulas accedentem.
2. Cauſſae formali, quae ad acidum redire videtur, opponantur, poſt emeticorum, reſolv. vſum, antacida, vt abſorbentia, cortex Peruv., limatura ferri: vſus aquae marinae, aut hanc imit. addit. magnes. et ſal comm. ad aquam, adſumta ſimul omni altero die magneſiae doſi.
3. Specifica adhibeantur, vt cicuta, (belladonna) aqua marina in phlegmaticis, robuſtioribus.

III. SCIRRHVS.

Morbus, deſignatus per paſſiones, variantes per ſedem infarctus, tumidi, (phymatis) duri, indolentis, grauantis, frigidi, partis, ſecretioni deſtinatae (infarctis potiſſimum vaſculis ſecernentibus).

Vbi pars adfecta, ſcirrhoſa, anguſtioribus ſolito limitibus circumſcribitur, et digito magis ſolito reſiſtit, et grauat, et minus ſentit, partis SCLERYSMA vocatur.

Malignum natum produnt augmentum molis, ſenſus pruriginoſus, vel punctorius, imo aſperitudo anguloſa.

SPECIES ET VARIETATES.

1. DVRAE MATRIS SCIRRHVS g).
2. CEREBRI h).

   Cephalaea, ſtupiditas, ſomnolentia, motus epileptici.
3. CEREBELLI i).

   Cephalalgia, paraphroſyne, paralyſis artuum inferiorum, febricula.

4. PNEV-

g) Journ. de med. Avr. 1761. p. 315. Comm. Lipſ. XV. 218. Mem. de l'ac. de Berl. 1761. p. 59 ſq. 69 ſq.

h) WILLIS an. brut. p. 207.

i) HARDERI apiar. obſ. 58. BRISSEAV obſ. 3. MORG. LXII. 15.

SCIRRHVS.

4. PNEVMOSCIRRHVS.

Poſt alius morbi pneumoniam variam, naſcitur, dum glandulae bronchiales et pneumonicae ſcirrhoſae euadunt. Quieſcente homine nec in pulſu, nec in reſpiratione, alieni quid conſpicitur. Functiones naturales et animales legitimae, decubitus in vtrumque latus facilis. A motu parum fortiori anhelitus, a loquela productiori anguntur et languent, ſicca aſperitas in gutture, pulſus, ante moderate frequentes, iam celeres et inaequales: reſpiratio et ſermo interciſa, ſuſpirioſa: venae temporales, ſublinguales et iugulares, lateris adfecti, ſolito magis inflatae. Latus adfectum ſub reſpiratione minus mobile, ſonus imminutus aut omnino ſuffocatus, tuſſis rarior, aut ſine ſputo, aut cum pauco, crudo, viſcido.

Idem in pneumophthoën conuerſus, ſeu reſolutus, edit ſigna, quae vide ſub pneumophthoë dyſtrophiae, ſub pneumophthoë, vomica ichoroſa, pyogeniae.

5. SCIRRHVS MAMMAE k).

Tumor minimus, piſiformis, admodum durus, initio mobilis, duritie et magnitudine creſcens, contiguus, chordam etiam, ſeu filum tenſum, referens, cuius ſuperficies ſenſim durior et irregularis fit, initio facile tolerandus.

6. SCIRRHVS HEPATIS l).

Tumor, durities in hypochondrio dextro, dolor grauatiuus, obtuſus, tenſiuus, conſtans, decubitus in latus oppoſitum difficilis, dyſpnoea, tuſſis ſicca, inappetentia cum ſatietate a modico paſtu, et preſſionis ſenſus in ſtomacho: color faciei pallidus, cachecticus, auriginoſus: vrina aurantii coloris, craſſa, cum ſedimento mucoſo: ſucceſſu temporis phlegmatia pedum, macies

k) BIERCHEN de c. p. 7 ſq.

l) HALLER Comm. in Boerh. T. 3. p. 165. SAUV. hepatalg. ſp. 2. et ſcirrhus, ſcleryſma ſp. 1.

SCIRRHVS.

macies partium ſuperiorum, aſcites, hectica. Adſunt aliquando dolores atroces, vomitio, horum periodicus recurſus, rel. Sequitur febres intermittentes, diuturnas, haemorrhagiarum ſuppreſſiones, contuſiones topicas, vitam ſedentariam, victum ex cibis craſſis.

β. *Scleryſma.* Tumor nullus, durities in regione hepatis. In viuis diſtingui vix poſſunt ambo: quae comitantur interdum aurigo, quartana, aſcites.

7. SCIRRHVS LIENIS m).

Tumor durus, in hypochondrio ſiniſtro, lienis figuram exprimens, ſenſus grauitatis, vel dolor acutus, maxime initio, color faciei plumbeus, macies, dyſpnoea, ſenſus ponderis, iugulum deorſum trahentis ad ſiniſtram, preſſio ſtomachi a paſtu, demum phlegmatia pedum, interdum vlcera tibiarum, epiſtaxis, quartana, cachexia, melaſicterus, aſcites. Sequitur quartanam.

β. *Scleryſma* n).

Tumor nullus, durities in regione lienis.

8. SCIRRHVS PANCREATIS o).

Dolor in ſuperiori et media abdominis regione profundus, aut ſenſatio ponderis, ventriculo incumbentis, citra duritiem, aut tumorem hypochondriorum, inprimis corpore erecto et ſub inceſſu, cardialgia, ileus, dyſpnoea, tormina, obſtipatio.

9. SCIRRHVS VTERI p).

Moleſta ſenſatio ponderis in regione vteri, ibidem tumor

m) MANGETI bibl. pr. l. 10. SAUV. ſplenalg. ſp. 2. ſcirrh. ſp. 2.

n) Hiſt. de l'ac. R. des Sc. 1700.

o) BONETI ſep. obſ. 49. C. PISO de m. ſer. p. 594. I. RHOD. C. 2. obſ. 95 PANAR. ob. 14 KERKRING obſ. an. 43. IAMES dict. vniuerſ. T. V p. 328. Med. obſ. and inq. vol. I. p. 107.

p) ASTRVC. de morb. mul. t. 3. c. 2. 5. PVZOS tr. des acc. N. CYRILLI C. 2. c. 37. SAUV. hyſteralg. ſp. 6. leucorrh. ſp. 7. AETIVS T. IV. 5 VI. c. 84. PAVL. AEG. L. 3. C. 68. RHAZES ad manſor. L. 1. c. 85. FABR. HILD. C. 2. obſ. 66. MAVRIC. mal. des f. gr. T. 1. l. 3. c. 12. T. II. o. 112. ROEDERERI d. de vteri ſc. G. 1755.

SCIRRHVS.

mor durus, renitens, tactum tolerans, si digito vteri orificium tangatur, corpore resupinato et genubus flexis, et sursum propellatur, manu hypogastrio adposita, figura et durities vteri supra pubem percipitur, ceruix autem vteri crassior, breuior, aspera, in ambitu durior et aliquantum dolens obseruatur. Dolor grauatiuus circa podicem, et distensiuus circa vterum, inguina et lumbos, stante aegrota grauiores, dysuria, ischuria, obstipatio, accessus febrilis, inappetentia, leucorrhoea, catameniorum interualla occupans, metrorrhagia alternans cum dysmetrorrhoea, haemorrhois, hydrometra, ascites, phlegmatia, physconia, grauiditatem simulans, hysteroptosis, inferiorum languor, paralysis, gangraena, aridura.

Oritur a dysmetrorrhoea circa ann. XL. seq. a lactis, lochiorum, gonorrhoeae suppressione, ictu vteri, catameniis subito suppressis: abortu, partu, inflammatione vteri. Salus a martialibus, mercurialibus.

10. SCIRRHVS VESICVLARVM SEMINALIVM q).

Ischuria vesicalis, impotentia ob semen serosum.

11. TESTICVLI r).

Obtinet magis in proprio testis corpore, quam in epididymide, et ad funiculum spermaticum non raro adscendit.

12. SCIRRHVS OVARII s).

Hydrops ouarii, demum enteritis.

13. SCIRRHOSA INDVRATIO CELLVLOSAE SCROTI t).

CAVSSAE.

Communes: non raro alius morbi praegressa phlegmasia, non benigne soluta, compressio, constrictio, attritus validus, anthrax, vlcus praemature clausum, humor stagnans.

ENER-

q) GAVBII path. §. 77. MORGAGNI XLVI. 5.

r) CALLISEN §. 380 sq.

s) Comm. Lips. XV. 39.

t) Comm. Lips. XV. 45.

SCIRRHVS.

ENERGIA.

Rara in recenti per resolutionem.

CVRATIO.

Indicationes communes.

1. Cauenda acrimonia, ne transeat, quod amat, in carcinoma.
2. Tentanda indicata, laudata ab auctor. clar.
3. Curatio palliatiua instituenda, vbi per congrua resoluentia morbus superari nequit, atque in congruis locis, vbi periculum nullum vetat, exstirpatio partis scirrhosae instituenda.
4. Specifica, vt cicuta, belladonna, externe et interne adhibenda.

Liceat, ob non incongruam similitudinem huc referatur:

IIII. STEGNOSIS. ANCHYLOMERISMA.

Morbus, designatus per sublatam aut imminutam actionem partium, concretarum vel ex vitio haereditario, aut congenito, aut aduentitio, ex errore lymphae, variam syndromen edentem pro vario loco, quem occupat. Morbus est plerumque secundarius.

CAVSSAE.

Lymphae, non assimilatae, maior copia, rel.

a. SYMBLEPHAROSIS, *prophysis* MAVCHARTI d.
Concretio palpebrae, potissimum superioris, cum oculi globo.

b. ANCYLOBLEPHARON.
Coalitus palpebrarum.

c. SYNISESIS. MAVCHART. WOOLHOVSEN.
Coalitus vueae labrorum, vt pupilla obturetur.

d. SYNECHIA. MAVCHART.
Coalitus vueae cum limbo corneae.
Cf. Caliginem et ophthalm.

e. CON-

STEGNOSIS.

e. CONCRETIO CORDIS CVM PERICARDIO, ET DIAPHRAGMATE u).
(Cardiogmus: palpitatio). Pulſus a motu inordinatus, auctus, interdum intermittens, initio ſaepe fortis, in fine debilis, reſpiratio anxia, vox ſaepe inopinato intercepta, carditis, palpitatio, haemoptyſis, phlogoſis faciei perpetua, anxietas inſignis, ab abdominis expanſione aucta, ſenſuum internorum turbatio, macies, ſeu nutritio deficiens.

f. CONCRETIO PVLMONVM ET PLEVRAE.
Pleurodyne, pneumonia, anhelatio varia: ſed et nullum interdum ſymptoma.

g. ENTEROSTEGNOSIS x).
Poſt enteritidem, dyſenteriam, vulnera: alui, inordinate ſuccedentis, ſegnities, tormina ab vno loco conſueto oriunda, colica, ileus.

h. ORRHOSTEGNOSIS. *Ani defectus, coalitus* y).
Congenita. Abdomen moleſte tenditur, intumeſcit, tormina acuta, nauſea, vomitus, ileus, lipothymia interdum perpetua, inflammatio, febris, et intra 7. dies, niſi opem ferre poſſit chirurgus, mors. Variat, dum rectum

α. *Adeſt ſed contractum admodum.*
β. *Omnino clauſum eſt membrana, et*
1. *Patet in vaginam.* MAVRICEAV. STORCH.
2. *Patet in veſicam.* KALTSCHMIED, MANGETVS, MORAND, WRISBERG.

Faeces

u) b. MECKEL in mem. de l'ac. des Sc. de Berl. 1755. p. 58. Comm. Lipſ. VI. 630 Phil. Tranſ. vol. L. p. II. p. 550. LII. p. 1. p. 344.

x) A F. WALTHER d. de inteſt. ang. L. 1731. N. A. N. C. T. 5. obſ. 2. DE HAEN R, M RVYSCH adv. A. dec. 3. p. 17. HALLER diſp. an. I. d. 15. Phil. Tranſ. vol. L. p. II. p. 550.

y) Vid. H. A. WRISBERG d. de coalitu inteſtini recti cum veſica Goett. 1779. et auctores ibidem alleg. quibus et alii addi poſſent.

STEGNOSIS.

Faeces erumpunt per vomitum, veſicam; vaginam, in abdomen. Salus, ſi rectum integrum eſt, nec patet in veſicam, vaginam, aut penem, ab operatione, qua apertura efficitur in recto, aut in colo ſiniſtro, vbi peritonaeo accretum eſt z).

i. COLPOSTEGNOSIS. *Anguſtia ſeu concretio vaginae* a). Coalitus vaginae parietum, vel labiorum vuluae, aut hymenis membrana aucta, aut caruncularum myrtiformium coalitus. Iſchuriam, dyſmetrorrhoeam, hydrometram ſanguineam ſ. peritonaeorrhagiam (ſanguinis ex vtero in abdomen effluxum) ſterilitatem, aut dyſtociam infert.

k. PYELOSTEGNOSIS. Anguſtia peluis b).

l. PHIMOSIS. Anguſtia praeputii c).
Vel eſt congenita vel accidentalis: phimoſis, impotentia, ob defectum eiaculationis congruae: iſchuria vrethrica.

m. VRETHROSTEGNOSIS d).
In viris obtinet, non raro a praegreſſa ſyphilide, et enatis vſcuſculis, vrethrae anguſtia a tumore nimio glandularum adiacentium, varicibus, cicatricibus, eminentibus, ſeu carunculis duris, criſpis, indolentibus, nimia intumeſcentia ſubſtantiae ſpongioſae: penis incuruatur ſurſum, aut ad latera, mictio bifurcata, iſchuria

z) Cf. OEHME diſſ. de morb. inf. chir. L. 1776.

a) HORSTII obſ. I. p. 508 ſq. MORGAGNI LXVII. 9. HALLER el. phyſ. VIII. add. p. 212 SAUVAGES l. c. II. 393. ALBERTI I. M. III. 46. VALENTINI N. M. L. c. 3. p. 467. ZITTMANN C. 4. c. 39. VOGEL n. Bibl. II. 311. BOEHMER pr. de natur. fem. clauſ. Viteb. 1768. I. A. HEMMANNS med. chir. Auſſ. II. rel. N. A. N. C. T. I. 343. 544. Comm. Harlem. T. V. p. 424. HIPPOCR. de nat. mul. §. 62. p. 401. II. CELSVS VII. 28. Act. Suec. XXVIII. 305 ſq.

b) V. art. obſtetr. ſcript.

c) ARANT. de tumor. c. 54. SAUV. dyſſpermatiſmus ſp. 3. et iſchur. ſp. 44.

d) DE LA PEYRONIE mem. de l'ac. de chir. T. I. 415. PETIT. ib. p. 435., SHARP rech. crit. p. 205. ANDRE obſ. p. 113. BERTRANDI RICHTERS B. I. 3. p. 53. SAUV. II. 405. Dyſpermat. ſp. 1 & 2. LIEVTAVD c. m. pr. p. 533. ARANT. de tumor. c,

STEGNOSIS.

ria periodica, impotentia, ob erectionem et eiaculationem ſeminis incongruam. Cognoſcitur catheteriſmo et candelulis.

ECTOPIAE.

ECTOPIA eſt partium ſolidarum e ſede ſua, continentibus vel relaxatis, vel ruptis, dimotio. Epigenemata pro ſpeciebus varia [e]).

CAVSSAE.

Formalis eſt languor partium continentium.

Remotae plurimae, redeuntes ad diſpoſitionem congenitam, haereditariam debilitatem topicam, ſtructuram naturalem, aut praeternaturalem congenitam, vim externam, internam: relaxantium, vt olei, abuſum, in coenobiis frequentem, animi pathemata, rel.

ENERGIA.

Aliquando reſtituitur pars hernioſa, adiuuantibus viribus ipſius, et permittente ſitu congruo, aut a ſubitaneo animi pathemate, vt vteri prolapſus ſanatus dicitur in anecd. de med. p. 72.

CVRATIO.

Indicationes.

1. Pars hernioſa ſoluenda e loco nouo, et
2. Reducenda in locum debitum, denique
3. Firmanda in ſede ſua: niſi prioribus quid contraindicet, vt congenitum vitium; aut per indolem praeſentem herniae fieri poſſit.

VARIAT INDOLE ET SEDE.

A. CAPITIS:

I. ENCEPHALOCELE [f]).

Cerebrum vel cerebellum, vel vtrumque, in infantibus ali-

e) Eſt et periodica, vt hernia vteri, durante grauiditate ſola. Zod. med. Gall. a. 1681. obſ. 2. p. 52.

f) Comm. Lipſ. Nor. 1738. h. 52. n. 3. SAUV. ſp. 1.

CAPITIS.

aliquando ectopiam facit, vel congenitam, vel aduentitiam, seu protuberantiam mollem, fluctuationis tamen expertem, leuioribus stipatam symptomatibus, nisi occiput occupans, paralysin, conuulsiones, carum, rel. inducat. Contingit sub ossificatione non absoluta, aut diachalasi.

2. DIACHALASIS g).

Non a vi admota externa solum, sed ab interna etiam, maxime in adultis et senibus, oritur, suturarum dimotio, alias, inflammationis cerebri, cephalalgiae, comes, inducit meningorrhoeam (externam), humorum, vt puris, iter ab externis ad meninges permittit, et sic, imo mortem inducendo, nocet.

3. BLEPHAROPTOSIS. MAVCHART. al. h).

Ectopia palpebrae vel vtriusque, vel alterutrius, elongatae, retractae, introuersae aut extrouersae.

a. PTOSIS. HEISTERI i).

Palpebra superior attolli nequit, hinc oculus vel nullo modo, vel non sufficienter denudatur, caligo.

Oritur 1° a vulnere. 2° a tumoribus palpebrae, pondere hanc deprimentibus. 3° a phlogosi aut 4° relaxatione palpebrae per serum abundans. 5° a paralysi palpebrae, vel constanti, vel periodica k), vbi adfici simul solent eiusdem lateris maxilla, oculus, lingua.

Salus a remotione caussae, et fotu roborante, spirituoso, operatione chirurgica.

b. LAGOPHTHALMVS l).

Palpebra alterutra abbreuiata est, vel et vitium conge-

g) PAVL. AEGIN. l. 3. c. 7. VOGELII n. 474. MORGAGNI III. 8. LI. 29. BONETI sep. l. 1. S. 1. obs. 92. et Schol. et app. et STALPART v. d. WIEL C. I. obs. 1. Sch. E. N. C. Cent. 10. obs. 31. ETTMVELLER pr. l. 2. S. 2. c. 3. a. 7. PLATNERI d. de oss. epiph. §. 37. HALLER ad Boerh. inst. §. 304. n. h.

h) SAUV. I. 166 sq.

i) MAITRE-IAN. S. YVES. DIONIS. PLATNERI. SAUV. sp. 1.

k) Phil. Transact. 1738. n. 449.

l) SAUV. sp. 2. et ophthalm. sp. 17.

CAPITIS.

genitum vel cauſſam retrahentem, quae eſt muſculi, palpebram referantis ſpaſmus, vel cicatrix, vel exſiccatio, ab adſtringentibus, et ophthalmiam non raro inducit, aut corneam exſiccat, vt amittat pelluciditatem. Plerumque ſuperiorem infeſtat.

Salus a remotione cauſſae, tractione in directionem contrariam ope emplaſtri, et operatione chirurgica.

c. ECTROPIVM m).

Palpebrarum, potiſſimum inferioris breuitas atque extrouerſio, vt pars interior promineat, nec oculus ſufficienter contegatur.

Oritur 1° a membranae internae laxitate, per diuturnum emollientium vſum. 2° a protuberantia, intra palpebras enata. 3° a laeſione per obſtetricis digitos. 4° ab operatione aegilopis, ſi ſeparantur tarſi in magno cantho. 5° a dialyſi, dum per vulnus, vlcus, finditur palpebrarum margo, retractis et retortis fiſſurae angulis. 6° a cicatrice.

Salus a remotione cauſſae et operatione chirurgica.

d. TRICHIASIS. Dyſtichiaſis. Phalangoſis. Entropium. Ptoſis n).

Obuerſio tarſorum cum ſuis pilis, ophthalmia.

Oritur 1° ab exterioris palpebrae phlegmatia. 2° a contractione internae palpebrae membranae ab humore acri.

Salus a remotione cauſſae, tum operatione chirurgica.

4. EXOPHTHALMIA.

Ectopia oculi. v. pathol. ſpecial.

5. CERATOCELE.

Ectopia, ſeu tumor exiguus corneae, qui, recta inſpectus, in medio pellucidus, ſed ſubobſcurus ac ſubrotundus, oblique vero inſpectus, opacus eſt, annulum opacum refe-

m) SAUV. ſp. 3.
n) SAUV. ſp. 4. et ophthalm. ſp. 2. S. YVES c. 8. p. 98.

CAPITIS.

referens. Fit ab exeſione tunicae interioris corneae, vt lamina externa ab humore aqueo prematur. Salus ab adſtringentibus, lamina plumbea.

6. STAPHYLOMA o).

Ectopia vueae intra foramen corneae, ſubrotundus, rubro-liuidus huius tumor. Pro diuerſa mole diſtinguitur.

a. *Melon*, quaſi parua bucca.

b. *Myocephalum*, quaſi caput muſcae.

c. *Elos*, quaſi clauus.

Infert caliginem, exophthalmiam.

7. ANONYMA p).

Ectopia cryſtallinae lentis: pupilla immobilis, et magna mydriaſis, albeſcit cryſtallina et exſiccatur, vueam extrorſum trudens, vt aeger vmbram tantum corporum videat; ſtrabiſmus. Oritur ab ictu ad oculum, cum cruoris effuſione.

8. PARAGLOSSE.

Ectopia linguae.

a. *Retractio.*

Linguae reuolutio ad poſteriora: a relaxato, nimium reſecto fraenulo linguae, aut paralyſi muſculorum.

b. *Exertio.*

Linguae prominentia morboſa a paralyſi muſculorum.

9. HYPOSTAPHYLE.

Ectopia vuulae q).

B. COLLI.

1. ANONYMA r).

Ectopia oſſis hyoidis, et cartilaginum laryngis: dyſphagia, trachelophyma.

2. ANO-

o) SAUV. I. 165. calig. ſp. 11. et exophth. ſp. 11.

p) S. YVES. MAITRE-IAN. SAUV. catar. ſp. 1.

q) v. pr. pleth. et catarrh.

r) VALSALVA de aur. c. 2. n. 20. ACT. HELV. vol. 8.

COLLI.

2. ANONYMA [s]).

Ectopia vertebrarum colli: paragloſſe exertio, dyſpnoea, dyſphagia, pulſus ſuppreſſus, ceruicis locus cauus a contactu dolet, ſingultus.

3. ECTOPIA NVCHAE [t]).

A valida plerumque vi inducta mortem inducit. Signa, in cadaueribus obuia, vide apud auct. citt.

C. PECTORIS.

1. PNEVMOCELE [u]).

Hernia pulmonis per coſtas, ſub reſpiratione aucta et imminuta.

2. CARDIACELE. METZGER, alii.

Situs viſcerum inuerſus, cor latens in thorace dextro, cuius pulſatio in latere dextro eſt pathognomonicum.

3. GIBBOSITAS.

Ectopia thoracis compagem conſtituentium partium.

a. *Cyphoſis.*

Ectopia ſpinae dorſi, vel antrorſum, vel retrorſum, aut ſiniſtrorſum, dextrorſumue, facta.

Oritur a caſu, ictu, thorace ferrea, nimia conſtrictione neophytorum, maxime rachiticorum, rel.

Inducit dyſpnoeam, cardiogmum, palpitationem, ſingultum.

b. *Scolioſis.* [x]).

Ectopia coſtarum, maxime ad interiora in feminis pinguibus, (mammis maioribus etiam tribuitur), dyſpnoea, aſthma, ſingultus.

c. *Scapularis* [y]).

Ectopia ſcapulae.

d. *Ster-*

s) AETIVS. N. PISO l. 2. c. 3. p. 330. SCHMVCKER chir. Schr. l. 284.

t) MAVCHART d. de luxat. n. LVDWIG pr.

u) BRVNS ep. ad HENCKEL. 1774. RICHTER v. d Br. I. 3.

x) RIOLANI ench. anat. l. 6. c. 14. MORGAGNI XLV. 24.

y) SAVV. ſp. 2.

PECTORIS.

d. *Sternalis* z).

Ectopia ſterni: dyſpnoea, palpitatio.

e. *Xiphoidea* a).

Ectopia xiphoideae cartilaginis, introrſum facta; oriuntur dolor conſtans, anorexia, vomitus, ſingultus, atrophia. Salus ab adplicata ad epigaſtrium cucurbitula.

D. ABDOMINIS.

HERNIA: ectopia partis mollis abdominalis e ſua ſede in cauum aliud.

𝔄. PERITONAEOCELE.

Hernia, ſub laxato peritonaeo eueniens.

𝔅. PERITONAEORIXIS.

Hernia ſub peritonaei ruptura contingens.

ℭ. PERITONAEOCELERIXIS b).

Hernia ex ſpecie 𝔄. et 𝔅. compoſita.

Diuiditur HERNIA

a. *Quoad partes deuolutas*, in

𝔞. *Simplicem*, dum vnum viſcus abdominale ſolum prorumpit: haec iterum in

1. *Incompletam*, vbi paries vnius viſceris, vt plurimum membranacei, tantum prodit: quae iterum vel eſt

α. *Appendicularis* et haec

𝔞𝔞. Ramex, *appendix*, *diuerticulum*, dum paries inteſtini, ventriculi, aut veſicae, in canalem, inferne clauſum, *producitur*.

𝔟𝔟. Littriana (ab inuentore) hernia, dum paries partium dictarum prolabitur.

β. *Sacciformis*, *partialis*, *perſtrictoria* dum paries conuexus tantum in ſinum herniae intrat, et reliquum in ſede manet.

2. *Completam*, vbi in vtroque latere erumpit.

𝔟. *Compo-*

z) SAUV. ſp. 3.

a) BALLON. epid. 2. p. 242. BARBETTE an. pr. l. 1. c. 4. BONET. ſep. HEISTER. SAUV. gaſtrod. ſp. 20. et vomit. ſp. 22. Vidi.

b) RICHTER v. d. Br. I. p. 9.

HERNIAE.

b. *Compositam*, si simul duo, tria, aut plura viscera prorumpunt.

b. *Quoad locum*, in quem deuoluuntur, in

a. *Internam*, si pars herniosa in abdomine manet.

b. *Externam*, si extra abdomen fertur, et quidem

α. Thoracicam, vbi hernia in thoracem facta est, quod fit, dum

1. Diaphragma, a suo tono remittens, in thoracem pellilitur instar sacci.
2. Diaphragmatis foramina transeunt partes herniosae.
3. Diaphragma perforatum est.

β. Periphericam, si hernia ad abdominis ambitum externum contingit.

c. *Quoad statum*, in

a. Mobilem, quae recens, libera, anodyna, est.

b. Adhaerentem, quae inueterata partes prolapsas vel inter se, vel cum vicinis, concretas habet.

c. Incarceratam, quae dolore et phlegmasia stipatur.

d. *Quoad caussas*, in

a. *Haereditariam.*

b. *Congenitam.*

c. *Adquisitam*, ob

1. *Ingesta*, copiam maiorem ciborum et potus, qualitalitatem eorum oleosam, pinguem, flatulentam, fermentescentem.
2. *Gesta*, motus corporis violentiores, saliendo, currendo, equitando, onera gestando, eleuando, femora diuaricando, ex brachiis corpus suspendendo, in genua procumbendo, omnes nixus respirationis violentiores, vomitum, venerem immodicam, gestationem fetus, dystociam, animi pathemata.
3. *Excreta et retenta*, vt faeces nimis duras, flatulentiam, vrinam diu retentam, calculos, lumbricos.

HERNIAE.

4. *Adplicata externa*, vt per vulnus, ictum, lapſum, preſſionem.

5. *Diſpoſitionem*, *tum* naturalem, qua partes abdominis preſſioni, tum internae, tum externae, minus reſiſtunt, vti ad vmbilicum, ad annulos abdominis, cet., *tum* adquiſitam per praegreſſa; hydropem, grauiditatem, ſectionem caeſaream, vlcus, rel., *tum* et compoſitam, ſi praeceſſit liparocele, quam euanidam ſequitur hernia vera.

Quibus propoſitis adiungamus tum exempla, tum characteres herniarum.

I. IN GENERE.

A. *Incompletae*.

𝔄. Appendicularis c).

𝔅. Sacciformis d).

B. *Completae*.

C. *Compoſitae*. Huc

1. Duplex e).
2. Triplex f).
3. Quadruplex g).
4. Multiplex h).

D. *Ex-*

c) LITTRE Mem. de l'ac. des Sc 1700. MERY ib. 1714. RVYSCH car. rar. p. 149. t. 3. theſ. anat. VII. t. 4. f. 2. 3. E. N. C. c. 8. obſ. 50. Éph. Vratisl. XVIII. p. A. phyſ. med. vol. I. p. 82. Acta Petropol. t. 4. p. 263. t. 24. Mem. de l'ac. des Sc. 1732. p. 40. MORGAGNI adv. anat III p. 8. 9. 36. GVENZ de hern. p. 6. 94. TH. BARTHOL. anat. c. 40. BLASII obſ. anat p E. N. C. dec. 2. a. 8 obſ. 122. Phil. Tranſ. 1687. n. 188 et 1701. Act. Edimb. t. 7. HEISTERI inſt. chir. tab. 32. f. 1. 2.

d) MORGAGNI l. c. FABRIC. HILD. c. 6. obſ. 71. MERY mem. de l'ac. des Sc. 1701. LE DRAN obſ. T. 2. p. 6. 49. GARENGEOT oper. T. I. obſ 15 & 21. HEISTER l. c. T 2. c. 116. GVENZ p. 7.

e) GVENZ p. 72. LA CHAVSSE §. 12.

f) LA CHAVSSE §. 15.

g) LA CHAVSSE §. 15. LE MAIRE. HALLERI. diſſ. chir. ſel. T. 3.

h) PAPEN HALLERI diſſ cit. t. 3. MEECKREN obſ. med. chirur. c. 5. DIVOVX de hern veſic. §. 21. TH BARTHOL. c. 2. h. 95. TEICHMEYER de exomph. §. 11. in HALLERI diſſ. c. t FEL PLATERI obſ. l. 3. p. HEVSING in HALLERI d. c. t 1. E. N. C. vol. 2. obſ. 94. t. 4. Tranſ. Phil. 1731. n. 421. Journ. de med. T. 2. p. 31. Mem. de l'ac. de chir. 1701. BENEVOLI diſſ. obſ. 33.

HERNIAE.

D. *Externae. Thoracicae.* Sub diaphragmate

𝔄. In saccum mutato i).

𝔅. Dilatato k).

ℭ. Perforato l).

II. IN SPECIE.

A. HEPATOCELE.

a. Interna m).

𝔞. *Congenita* n). 𝔟. *Adquisita* o).

b. Externa p).

Plerumque vmbilicalis; protuberantia firma, hepati respondens, in regione, hepati proprie non competente, defectus signorum herniae alius.

B. SPLENOCELE.

a. Interna q). Splenalgia, hectica, obstipatio, tumor hypochondrii sinistri.

b. Externa r). Ventralis, inguinalis: protuberantia firma, lieni respondens, in latere sinistro: defectus signorum alius herniae.

S 2 C. HE-

i) Journ. de med. T. 7. p. 38. Act. Berol. dec. 2. vol. 4. p. 64. GVENZ l. c. p. 89.

k) Act. Berol. l. c. obs. 1. p. 69. et p. 11. TH. BARTHOL. c. 6. h. 54. Journ. de med. T. 2. p. 31. E. N. C. c. 3. & 4. p. 147. Hist. de l'ac. des Sc. 1729 p. 14. BECKER de submers. morte obs. adi. 1.

l) PARAEI op. l. 9. c. 30. BLANCARD an. pr. c. 1. obs. 1. 2. Co. c. 2. obs. 9. SENNERT. —— FABRIC. HILD. c. 2. obs. 33. RIVERII c. 4. obs. 67. Act. Berol. dec. 2. vol. 4. obs. 1. p. 69. Ephem. Vratisl. T. 24. m. mai. cl. 4. art. 10. H. ab HEER obs. 25. KIRSCHBAVM d. de hern. ventr. in HALLERI d. chir. T. 3. STEHELIN thes. 3. in HALLERI diss. anat. vol. 6. Bemerk. e. Ges. v. Aerzten in London T. 1.

m) SAUV. sp. 1.

n) E. N. C. dec. 1. a. 2. obs. 88. an. 7. obs. 6. A. N. C. vol. 1. obs. 226. N. A. N. C. T. 1. p. 303. VELSE in HALL. diss. anat. vol. 7. M. N. C. a. 1671. obs. 88. et dec. 2. a. 7. obs. 6. TROSCHEL d. p. 72 sq.

o) BOHN. chir. rat. p. 230. RVYSCH. obs. 6.

p) GVENZ p. 4. E. N. C. dec. 1. a. 2. et dec. 2. a. 7. BOHNII chir. p. 230. ARNAVD tr. des hern. T. 1. A. phys. med. vol. 1. obs. 226. Journ. de med. T. 7. p. 38. SAUV. sp. 2.

q) DIEMERBROECK an. c. 15. BLASII obs. 14. p. 26. BLANCARDI coll. med. c. 4. o. 46. SCHRADERI obs. an. dec. 3. o. 4. STALP. v. d. WIEL c. 1. obs. 37. RVYSCH obs. an. 62. VELSE obs. 6. l. c. FABRIC. HILD. ep. 55. p. 999. HIPPOCR. epid. L. 6. S. 2. aph. 30. A. VATERI d. de lienis prol. Vit. 1736. Journ. de med. T. 7. p. 38.

r) SPIEGEL an. l. 8. c. 14. RVYSCH adv. anat. dec. 2. p. 23. ARNAVD t. 1. p. 29. GVENZ p. 4. SAUV. sp. 1. 2.

HERNIAE.

C. HEPATOSPLENOCELE.

a. Interna s). Hepatis ſedem occupat lien, lienis, hepar.

D. RENIS.

a. Interna t).

E. GASTROCELE.

a. Interna u). Ventris lapidea durities, vomitus continuus poſt vim externam, etiam haematemeſis.

b. Externa x). Protuberantia flexilis, elaſtica, glabra, aequalis, poſt paſtum aucta, ieiuno ſtomacho imminuta (niſi ſtomachi parietes admodum laxati ſint, aut cum peritonaeo coaliti) magnitudine varia, in regione epigaſtrica, horizontali corporis ſitu, leuamen praeſertim digeſtionis tempore, auctum ſitu erecto aut niſu edito, ſtomachi dolor, anorexia, bradypepſia, vomitus, habitualia.

1. *Simplex.*

2. *Compoſita* z). Complicata cum epiplocele, enterocele, hepatocele, rel.

F. ENTEROCELE.

a. Interna a).

b. Externa. Eſt inteſtinorum trans annulos inguinales, arcus crurales, foramina oualia, emarginaturas iſchiaticas,

s) ARISTOTELES. PLINIVS. a GEMMA. DIEMERBROECK an. c. 15. CATTIERI obſ. 17. TH. BARTHOL. c. 2. h. 29. Exempla a. 1771. in theatro anat. Pariſienſi, Argentoratenſi, Berolinenſi viſa.

t) RHODII mant. obſ. an. 32.

u) BONETI ſep. anat. l. 3. ſ. 7. obſ. 2. 7. RIOLAN. ench. an. l. 2. c. 23. FANTON. op. obſ. 5. 24. VELSE obſ. 6. l. c. BLEGNY Zod. med. gall. a. 1. Febr. obſ. 2. Act. Helvet. phyſ. math. vol. 3. p. 10. Act. med. Berol. dec. 2. vol. 4. p. 60 ſq. GVENZ p. 89. DE HAEN T. 6. c. 1. §. 5. MAC-NEVEN d. de raro ventr. caſu in KLINKOSCH coll. d. Prag. vol. I. p. 159.

x) FABRIC. HILD. reſp. ad DOERING p. 915. BLEGNY l. c. a. I. Febr. obſ. 2. p. 44. GVENZ l. c. c. 20. LA FAYE ſur DIONIS p. 121. ARNAVD praef. p. 81. SHARP rech. crit. c. 1. Mem. de l'ac. de chir. T. 1. p. 703. SAUV. ſp. 1. 2.

y) FABR. H. BLEGNY, GVENZ, ARNAVD l. c.

z) Phil. Tranſ. n. 422. & a. 1731. n. 421. GVENZ l. c.

a) VELSE l. c. obſ. 6 & 7. KLINKOSCH diſſ. ſel. vol. 1. p. 194. nota 50.

HERNIAE.

ticas, annulum vmbilicalem, vaginae parietes, vel abdominis mufculos ectopia: protuberantia ad locorum dictorum quem obferuanda, initio faepius parua, fenfim crefcens, preffione aut commodo corporis fitu facile regrediens, faltem initio, fitu mutato, aut conatibus editis rediens, tenfa, flexilis, elaftica, glabra, aequalis, a contrectatione murmur edens, frigore aliquo modo contractilis, calore vero expanfilis, mirum in modum faepe increfcens, cum duritie fub fpiritus retentione, aut tuffiendi, vel alui deponendae conatibus, fymptomatibus acutis, chronicifue, variis, ex compofitione et complicatione oriundis, ftipata.

G. EPIPLOCELE.

a. Interna b).

b. Externa. Hernia omenti, protuberantia ad varia abdominis loca, lente faepius, ne animaduertente quidem aegro, oboriens, tardius crefcens, per folum fitum congruum numquam, per preffionem, fub congrua corporis pofitura factam, etiam initio, non penitus regrediens, nifi exigua fit, difficile aut partim tantum, fi maior, conatibus, fub mutato corporis fitu editis, ad priftinum ftatum reuocanda, aegre, quum repreffa eft, continenda, mollis, inaequalis, rugofa, membranas craffas, fub digitis volubiles, ad tactum referens, impreffionis digito factae tenax, complanata, a preffione, contrectatione, reftitutione non obmurmurans, a fpiritu retento, et fub alui deponendae conatibus non multum intumefcens, dolorem, renitentiam, moleftiam, enterocele minores prae fe ferens, decubitum, corpore extenfo, inceffum, trunco erecto, difficilem, anxiofum, impoffibilem, ita faepe inducens, vt ad folandos

50. PAVLI pr. de Siph. anat. in HALLERI diff. anat. fel. vol. 6. VOSSE de inteft. caeco §. 9. ibid. HENRICI defcr. omenti ib. A. VATER de fitu praetern. coli pr. Viteb. 1737. N. A. N. C. T. 1. p. 289.

b) DE BLEGNY l. c. a. 3. Febr. obf. 4.

HERNIAE.

landos dolores colicos, ad effugiendas moleſtas tractiones, ſingultum, vomitum, corpore incuruato incedere ac iacere non raro cogatur aeger, epiplocele inprimis completa laborans, ſymptomatibus tum acutis, tum chronicis, variis, ex compoſitione, et complicatione oriundis, ſtipata.

H. CYSTOCELE. *Hernia veſicae Auct.*

a. Interna c).

b. Externa d). Trans annulos inguinales, ſub arcubus cruralibus, et per laxatos, diductos, perinaei, hypogaſtrii, vaginae, parietes contingit. Protuberantia in quodam locorum dictorum, initio parua, ſenſim creſcens, preſſione aut commodo corporis ſitu, vel niſu edito reuocanda, mollis, et membranas craſſas, flaccidas, ſub digitis volubiles, tactu referens, ſi veſica lotio vacua ſit, fluctuans, ſi lotium adſit, maiori donata volumine, poſt ſeruatas diu vrinas decreſcens, et fere euaneſcens iis emiſſis, qua validius compreſſa ſequitur mictio plena, vel ſtillatitia, meiendi deſiderium a leuiter preſſa: iſchuria, dyſuria, ſaepe tantum mictio manu eleuata et compreſſa protuberantia perficiunda.

Oritur, vt mittam cauſſas communes, etiam 1° a veſicae parietum ampliatione per iſchuriam, dyſuriam, inducta, quas ſequitur, vrinâ euacuatâ, eorum flacciditas, atonia, contractionis ſufficientis defectus. 2° a grauiditate, dum ſic ad oſſa pubis preſſa veſica lateraliter exporrigitur, figuram induens veluti brachiatam, vel deorſum expandi cogitur. 3° ab aliis herniis, ob viſcerum

c) Journ. de med. T. III. p. 11.

d) PLATNERI inſt. chir. §. LA CHAUSSE l. c. SALZMANNI d. de hern. veſic. in HALLERI diſſ. chir. ſel. T. 3. §. 72. GVENZ de hern. p. MERY Mem. de l'ac. des Sc. 1713. GARENGEOT op. chir. LEVRET obſ. ſur les polyp. SHARP rech. crit. VERDIER Mem. de l'ac. de chir. T. 2. et T. 4.

HERNIAE.

cerum tractionem. 4o a vaginae perietum per partum multiplicem distensione. 5° fibrarum musculosarum, tum circumpositarum vesicae recessu ab inuicem, distensione producto. Huc etiam

EXOCYSTE. *Prolapsus, inuersio vesicae vrinariae Auct.* e). Procidentia membranae, corpus vesicae ipsiusque collum interne obuestientis, facta per meatum vrinarium. Pars prolapsa inter magna vuluae labia, nunc forma vesicae, rotundae, diaphanae, clausae, lotio plenae cum ischuria, nunc forma botuli oblongi, penduli, inferne aperti, cum dysuria conspiciendum se praebet.

I. METROCELE: *hernia vteri auct.*

a. Interna, *hysteroloxia, vteri obliquitas Auct.* f).

1. *Anterior.* 2. *Posterior.* 3. *Lateralis* g).

Axis peluis legitime constitutus, mutata vero est orificii vterini directio, quod exploratum nunc anteriora, nunc posteriora, nunc latus alterutrum respicere deprehenditur: symptomata varia.

β. RETROVERSIO VTERI, *vterus retroflexus auct.* h). Tertio grauiditatis mense dolores abdominis, ad abortum, obstipatio, ischuriae summae, tumor abdominis densi, catheteris et clysteris adplicatio irrita, digitus, in vaginam immissus, os vteri non attingit, adest tumor ab vtero. Non raro infert abortum, vesicae rupturam, gangraenam vteri, mortem. Salus post vrinam et aluum euacuatam a repositione, immissis in vaginam et anum digitis, in aegrota, genubus

e) SALZMANNI d. c. SOLINGEN de mul morb. chir. p. 741. NOEL obs. VERDIER tr. des hern. SAUV sp. 1 2.

f) ROEDER el. art. obst. §. 449 507. LEVRET obs. s. l'ac h DEVENTER 46. 48. RVYSCHII obs. 96. Mem. de l'ac. de chir. T. 3.

g) v. script. obstetr. etiam. citt.

h) LYNNE et HVNTER Med. obs. and inq. vol 4 HOOPER ib. vol. 5. SAXTORPH Collect. Havn. vol 2. WLTCZEK d. de vtero retroflexo. RICHTER chir. B. I. 4. 47. IV 61. 70. 235. 555. v. DOEVERN obs. acad. c. 7. Cel. MECKEL obs.

HERNIAE.

bus insistente, versus vmbilicum vterum ,protrudentibus.

b. Externa. Prolapsus, procidentia, inuersio, vteri. *Auct.* i).

a. *Hysteroptosis*, vteri prolapsus *Auct.* k).

α. *Incompleta.*

Citra grauiditatem labitur vterus deorsum, vagina inclusus: protuberantia, inuerse pyriformis, apertura transuersalis oblonga, in sui extremo perforata, circa cuius basin moueri potest digitus circulariter actus: dolores in situ erecto, incessu, alui depositione, in femoribus, inguinibus, tractio ad renes, obscurus molestiae sensus in toto peluis ambitu, cum aliquali leucorrhoea, antea exulante: dolores horizontali decubitu sensim euanescunt.

β. *Completa.*

Foras conspicitur vterus plus minus extrusus, vesicae partem cum vagina abripiens; protuberantia subcylindrica, superne latior, inferne angustior, ibique apertura transuersali secta, vel oblonga, qua catamenia fluunt. Vterum tegit vagina inuersa, aëris contactu colorem cutis induens, nec spatium vacuum relinquit, per quod transeat digitus. Dolores incompletae similes, maiores tamen, et, si subito fiat prolapsus, vrinae fundendae difficultas non rara, aut frequens desiderium, et tenesinus continuus aegram vexant. — Prolapsus, qui grauiditatis tempore fit, distinguitur protuberantiae volumine maiori, figura rotundiori, et fetu incluso.

b. *Metroptosis.* Vteri inuersio *Auct.* l).

Protuberantia in vagina, hypogastrii depressio.

α. In-

i) GVENZ l. c. HEISTERI inst. chir. ARNAVD T. I. c. 24 PUZOS sur les mal. de la matr. Mem. de l'ac. de chir. T. 3.

k) SAUV sp. 1.

l) SAUV. sp. 2.

HERNIAE.

α. *Incompleta.*

Perſentitur in vagina protuberantia fere ſemiſphaerica, ſuperficie ſubaequali, inferne non perforata, vteri collo, tamquam annulo, cincta, ſtipata dolore acuto in inguinibus ac renibus, pondere moleſto in hypogaſtrio, haemorrhagia plus minus vbere, teneſmo eos conatus inducente, qui vterum magis magiſque praecipitant, ac penitus tandem inuertunt.

β. *Completa.*

Depreſſioni hypogaſtrii adhuc maiori adiungitur protuberantia, extus conſpiciunda, irregulariter rotunda, cruenta, leuis, imperforata, molli pedunculo ſuſpenſa, quem annuli ad inſtar cingit orificium vteri; dolores viuidiores, metrorrhagia vberior, lipothymiae continuae, quas breui excipiunt ephidroſis frigida, conuulſiones, delirium, mors intra 3. 4. horas ſaepe ſuperveniens.

c. *Hyſterocele.* Hernia vteri *Auct.* m).

Vteri ectopia trans annulos inguinales, ad inguina et ſub vmbilico. Protuberantia renitens, dura, gradatim ad maximum vſque volumen increſcens, e pelui pone oſſa pubis emergens, vel ad ipſum geſtationis tempus (ſi grauidus eſt) reductilem, motibus fetus, certo tempore intra protuberantiam percipiendis, in grauida, colli uterini directio mutata, exploratione *Puzoſia*, immiſſa ſcil. in vaginam manu altera, altera protuberantiam comprimente, maior certitudo.

K. COLPOPTOSIS. Prolapſus vaginae *Auct.* n).

Variat procidentia magnitudine, vnde relaxatio, lapſus, inuerſio, vocatur: atque interdum ſola interior vaginae prorumpit. Conſpicitur primo ſub forma annuli craſſi, irregu-

m) SENNERT l. 4. p. 2. ſ. 2. c. 17. DOERING ep. ad. FABRIC. HILD. p. 893 h. op. GRAAF de mul. org. c. 8. RVYSCH adv. dec. 2. p. 23. ARNAVD l. c. T. 1. p. 29 Mem. de l'ac. de chir. T. 3. SAUV. l. 209.

n) SAUV. hyſteroptoſis ſp. 3.

HERNIAE.

regularirer plicati, intra quem immiſſo digito facile perſentitur collum vteri tunc demiſſius creſcit protuberantia ſitu erecto, diu protracto, imminuitur teneſmo frequentiſſimo et meiendi difficultate, quám efficit canalis vrethrae mutata directio: prolapſu ſeneſcente creſcit, elongatur, indureſcit protuberantia, infernam adhuc aperturam gerens, qua catamenia fluunt. Signa vt in hyſteroptoſi, vt tamen prouectiſſima colpoptoſis protuberantiam exhibeat vbique aequaliter duram, inferne plerumque latiorem et aperturā valde irregulari inſtructam.

L. OVARIORVM HERNIA o).

Ouariorum ad annulum inguinalem hernia.

E. PARORCHIDIVM. Teſticulorum ſerior deſcenſus, aut retractio *Auct.* p). Teſticuli vnius, vel vtriuſque ſitus extra ſcrotum in nato homine. Abſentia teſticuli in ſcroto, eiuſdemque plerumque praeſentia ad annulos inguinales.

1. A ſero deſcenſu. (teſticondi).

Retardati in itinere ſuo teſticuli ad annulos haerent inguinales, vt vel eorum nihil appareat, (hinc monorchides) vel in annulis extuberent, vel eoſdem paululum egreſſi haereant in iis.

N. Caue confundas cum bubonocele.

2. A repreſſione.

Teſticuli ad inguina preſſi, tumor, dolor in inguine, ſcroti contractio ſumma, inceſſus impotentia.

F. Partium extremarum corporis. EXARTHROSIS q).

𝔄. EXARTHREMA. Huc ea auctorum, quae ſunt a cauſſa externa. Eſt ſeparatio contigui in oſſium articulis, diarthroſice combinatis.

𝔅. DIA-

o) ARNAVD l. c. T. 1. VERDIER l. c.

p) F. PLATERI mant. obſ. A. PARAEI l. 7. c. TH BARTHOL. hiſt. anat. MORGAGNI a v IV DIONIS op. de chir. ·iem. 4 QVELMALZ in HALLERI d. an. T. 5. d. 1. VERDIER l. c. Mem. de chir. T. 2. WRISBERG de deſcenſu teſtic. SOLENANDRI conſ. IV. 18. Vidi.

q) HEISTERI T. 1. p. PLATNERI chir. §. 1090 ſq. PETIT mal. des o. T 2 DV VERNEY mal. des os. T. 2. SAUV. l. 224.

𝔅. DIASTASIS. *Graec.* oſſium receſſus *Latin.* r). Eſt oſſium, cartilaginum, immobiliter combinatorum, aut per raphen, harmoniam, ſynoſteochondrium, ſynchondroſin vnitorum, aut per ſyndeſmoſin ſenſibiliter immobilem, connexorum ſeparatio.

ℭ. LOXARTHRVS s). Eſt oſſium, cum motu ſenſibili articulatorum, relatiuus ſitus in alienum conſtanter mutatus.

𝔇. ECTOPIA MVSCVLORVM t). Non tantum ex nimis violenta contractione vnius muſculi inter congeneres, vel violenta preſſione congenerum contra vnum, ſed etiam in compoſitis muſculis, ſub contractione vehementi, muſculi in alium locum peruerſe diducuntur, contextus celluloſus dilaceratur, vaſa ſanguifera minima rumpuntur, et fibrae nerueae tenduntur, membranae, aponeuroſes coërcentes dilacerantur, v. c. in dorſo, aut his vulneratis prius ſequitur muſculorum ectopia, motus retardatur, aufertur, a conſtrictis membranis ſequuntur conuulſiones, aliquando letales.

Si mauis, poteris ectopias diſtinguere, in

I. *Deuiationes* u), ſ. ectopias abſque tumore ſenſibili externo, quorſum blepharoptoſis, hyſteroloxia, parorchidium.

II. *Prolapſus*, *procidentias*, ectopias partium non tectarum, quorſum exophthalmus, paragloſſe, hypoſtaphyle, exania, exocyſte, hyſteroptoſis et elytroptoſis.

III. *Hernias*, ſeu ectopias tectas.

Atqui

r) PETIT l. c. T. 2. c. 8. & 13. DV VERNEY l. c. c. 1 & 5. SAUV. I. 230.

s) DV VERNEY T. 2. c. 2. 3. SAUV. I. 232.

t) POVTEAV mel. de chir. p. 405. Comm. Lipſ. ſ. 1. p. 155. PORTAL. in Hiſt. de l'ac. des Sc. de Par. 1778. p. 246. Comm. Lipſ. XXI. p. 396.

u) CALLISEN. p. 526 ſq.

Atqui hi quidem morbi ſunt, qui medicinam facturi, ſi in vniuerſum res enuncianda, praecipuam merentur attentionem. Scilicet curaturus aegrotos potiſſimum morbo, reſpiciens ad eius cauſſas, deinde paſſionibus et ſymptomatibus, attendens denuo ad morbum, et cauſſas etiam peculiares, ſatisfacere debet. Quare ad aegrotorum lectulos accedentem primo inquirere in morbum oportet. Vellem equidem, ſic poſſemus inquirere, vt per ſigna certa conſtaret, quis ſtatus ſit ſyſtematis neruoſi, contractilis, vigoris motus humorum, vtra ſympathia, num interna, an externa, primario adfecta, quis et quorſum impetus? quae aegrotatio aut ſubſit, aut exſpectanda ſit, quae idioſyncraſia, quae vel iuuent vel noceant ſubiecto? At pro! dolor ſignis huc vſque deſtituimur, et quid? ſi vel haberemus ſigna, num materia medica et therapia, vt hodie ſunt, ſufficerent, reſponderent votis? Vtinam tamen ſigna deſiderata medici, neceſſitatem, vtilitatem rei agnoſcentes, ſenſim eruant!

Oportet igitur, vt alia incedatur via. Videndum, quis morbus ſit: qui, per vſurpatos a me aliorum labores, docet, quae ſit ſubiecti temperamentum, ſolidorum, maxime ſenſibilitatis, contractilitatis, et fluidorum ratio. Quis autem morbus ſit, ſic eruendum. Dum aegrotus, qui non raro in ſui damnum paſſionem pro morbo habere ſolet, pathognomonica refert, plura ſimul enarrat, quae ad morbum referas, ac lumen dant, vt facilius inquirere in alia ſigna poſſis, dum aetatem et ſexum, habitum aegroti, arteriarum pulſus, reſpirationem, linguam, excreta, aliaque, aeſtimas; et quae a prima aegritudinis inuaſione huc vſque admiſſa aut leuabant aut laedebant. Morbos, iam ſcies, numero paucos eſſe, igitur negligendo eos, quorum nullo certe aeger laborat, facile, quo detineatur, inuenies, vel ſimplex ſit, vel compoſitus. Iam aegroto etiam magis ſatisfacies, inquirendo, quae paſſio ſit, colligendo pathognomonica. Videbis etiam non raro ſimul, quae vel ſubſit aegrotatio, vel exſpectanda ſit,

me-

methodumque medendi iam ita diriges, vt cauſſas reſcindendo, morbum cum paſſione ad coctionem perducas.

Fateor equidem, difficulter ſaepe huic methodo ſatisfieri poſſe; non raro enim aegroti aut adſtantes cauſſas, morbum, diſſimulant, aut inepte et citra rationem definiunt, volunt experiri, num medicus tanti ſit, vt poſſit ex vrina, aut pulſu, morbum forte rectius diuinari, quam agnoſcere, ſigna, ad morbum ſpectantia, quae maximam attentionem deſiderant, aut negligunt, aut adeo cum pathognomonicis miſcent, vt larga omnino et ad haec adſueta memoria medici eſſe debeat, vt poſſit haec omnia ad ſuum caput referre, ab affinitate tum morborum inter ſe, tum paſſionum, et illa morborum et paſſionum, non abduci a vero, et ſimul interroganda eruere, ad ea, quae aegrotus adſtanteſque interrogouerant, reſpondere ita poſſit, vt probi, docti, et expertis medici nomen accipiat aut retineat, et prudentiae medicae ex omni parte ſatisfaciat.

At vna ſola haec methodus eſt, qua tuto nitaris et ſecuram laudabilemque ineas curationem. Eſt, qua iam per annos vti ſoleo, nec difficulter admodum contigit, morbos et paſſiones agnoſcere, adeo, vt non raro ea ſola aegritudines agnoſcerem, dum, inquirens ſimul communi fere methodo, a vero ne aberrarem, iure metuerem: imo aberraſſem omnino, docente euentu, ſi in diſpari aegritudinis definitione vulgarem methodum ſecutus eſſem. Tamen et ſic nos, homines, humani quid pati poſſe, quis negabit?

Noſologiam et pathologiam igitur generalem ſufficere, vt quis aegritudines vere agnoſcat, et congruam inſtituat curationem, id, credo, palam eſt. Quae enim in aegroto deprehendis, vel ad morbum pertinent, vel ad paſſionem. Igitur doctrina, quae edoceat in ſpecie paſſiones, cuilibet morbo reſpondentes, ſeu pathologia ſpeciali, facile carere nos poſſe, arguere quis poſſet, potiſſimum quoniam huc vſque deſtituimur ea congruarum obſeruationum copia, vt characteres paſſionum in ſpecie ita adumbrari poſſint, vt in votis eſt.

Li-

Liceat tamen addere quantumuis imperfectam pathologiam ſpecialem, tum vt ſupra dicta de morborum et paſſionum natura confirmentur, tum vt tirones etiam in aegritudinum diagnoſi quodammodo adiuuentur, tum denique, vt incitentur medici experti, vt et frequenter obſeruent aegritudines congrua ratione, et obſeruationes cum publico communicent, maximeque commemorent ſigna, quae pertinent ad paſſiones, quarum exempla, aut quorum teſtimonia pauca, aut nulla, huc vſque exſtant. Iuuat praeterea pathologia ſpecialis, vt de affinitate tum morborum, tum paſſionum, eo facilius poſſit ſtatui, et de ea doctrina amplificari, augeri, quo perfectior ea ipſa redditur x).

De *affinitate morborum* diſſerere iam nolo, ne adeo abrumpantur dicenda de aegritudinum affinitate, vnde et ea, quae de affinitate paſſionum dicenda fuiſſent, ad communem locum remitto. Vt tamen, quam ſeruaui et ſecutus ſum affinitatem, quodammodo declaretur, conferas, ſi lubet, quoad morbos, bilioſum, putridum, malignum y), periodicam neuroſin et ſaburram, ſepſin z), cachexiae ſpecies a), ſcorbutum et lepram b), elephantiaſin et luem veneream c), ſcorbutum et ſyphilidem d), ſcorbutum et ſcabiem e), arthritidem et calculum f), dyſarthritidem, arthritidem, lithiaſin g), ſcrophulas et polypum h), infra indicata ſcripta.

x) Omiſi de induſtria repetitiones ſymptomatum, quae tum ad morbum, tum ad paſſionem pertinebant, et methodum medendi erudientem, niſi ob varias rationes, eadem ſeruare, melius videretur. Quae poſita ſunt tamquam pathognomonica diagnoſtica agnoſcas, licet vere et lubenter fatear, requiri adhuc magnum obſeruationum theſaurum, vt pathognomonica ſint abſque exceptione. Interdum enim paucis tantum obſeruationibus adiutus characterem poſui, atque, vt euitare vix poteram, ſymptomata accidentalia pro eſſentialibus tum forte poſui. Igitur ne facile in me iraſcaris, potius lugeas medicinae noſtrae triſtem adhuc conditionem.

y) STOLL. II. 122.

z) WERLHOFF MEDICVS.

a) Comm. Lipſ. XVII. 88.

b) Comm. Lipſ. XVI 459.

c) Comm. Lipſ. XVIII. 34.

d) Comm. Lipſ. XVIII. 238.

e) Comm. Lipſ. XVIII. 241.

f) ALBERTI. SCHROEDER.

g) Comm. Lipſ. XIII. 504.

h) Comm. Lipſ. XVII 209.

PATHO-

PATHOLOGIA
SPECIALIS.

Multa fiunt eadem, sed aliter.

QVINCTIL. inſt. orat. L. II. C. 20.

Quam multa fieri non poſſe prius, quam ſunt facta, indicantur.

PLINII H. N. L. VII. C. 1.

NEVROSIS.

PASSIONES PRIMARIAE.

PARALYSIS. PARESIS.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.*
3. *Languida.* 4. *Irritabilis.*
5. *Periodica* a). Sopor, virium proſtratio, amneſia, paraphroſyne: periodus menſtrua.

PARAPLEGIA.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.*
3. *Languida.* 4. *Irritabilis.*
5. *Periodica* b). Artus inferiores tantum motu et ſenſu orbantur, cum harum partium phlegmatia et frigiditate, pyrexia. poſt aliquot horas haec euaneſcunt, redeunt die ſequenti, aut tertio.

HEMIPLEGIA.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.*
3. *Languida* c). Arthritidi, rheumatiſmo, ſuperuenit: tactus ſupereſt, artus extremi paralytici rigent, difficulter flectuntur, areſcunt. Eſt frequentiſſima omnium, Augmentum a calidis, ſudorificis, thermis ſalinis. *Salus* a lacte, ſero lactis, balneis ſulphureis, electriſationibus repetitis.
4. *Irritabilis* d). Poſt dyſenteriam malignam, adſtringentibus et opiatis praemature ſuppreſſam, accidit hemiplegia,

a) Menſtrua C. PISO. coll. ſer. obſ. 16.
b) TORTI de febr. c. 4. SAUV. ſp. 6.
c) MVSGRAVE de arthr. c. 16. De HAEN. I. c. 8. obſ. 1, 7. SAUV. ſp. 5.
d) SAUV. ſp. 1.

HEMIPLEGIA.

gia, paralyſis brachii vnius et pedis alterutrius lateris. Conualeſcentes et orthoſtadii immobilitate brachii vnius et pedis oppoſiti ſimul laborant, adiunctis plerumque doloribus arthriticis, ſecus integram tactus facultatem amittunt. Priores facilius ſanantur poſterioribus. *Salus* ab eſſ. ſpirit. alcalinis volatilibus, externe ſpir. camphor. et croc., ſalis ammon., vngv. neruino, regimine diapnoico, et ſudore in parte adfecta adiuto, per fumum ex aromat. admiſſum, embrocat. ex thermis, et frictum repetitum.

5. *Periodica* e). Ardor circa frontem, quo poſt horam recedente, dolor lancinans ſolius occipitis, immobilitas capitis, debilitas paralytica vnius lateris rel. per aliquot horas detinet, euanida, recurſura alio die.

SYNCOPE. LIPOTHYMIA. ASPHYXIA.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.*

3. *Languida* f). In morbis poſt euacuationes magnas, vires exhauſtas, anorexiam diuturnam, in cachecticis, ſubito ingruit.

4. *Irritabilis* g). Irritabilia ſubiecta, hypochondriaca, hyſterica, adoritur a leui animi adfectu, ab odore moſchi, ambrae, rel. ab iteratis catharticis, a ſpaſmis fugacibus.

5. *Periodica* h). Vel eſt primaria et ſolitaria, vel cardialgiae ſuccedanea. Languor grauiſſimus, frequens, animi deliquium a motu leuiſſimo. Pulſus depreſſi, frequentes, intermittentes. Sudores minuti circa collum et frontem, oculorum cauitas, caligatio, languor vniuerſalis.

β. Pe-

e) TORTI l. c. c. 4. p. 227. WERLHOFF de febr. p. — MORGAGNI XI. 19. SAUV. ſp. 8. et ternaria ſ. 20.

f) SENNERT. prax. med. SAUV. ſp. 1.

g) SENAC de corde L. IV. c. 12. p. 544. SAUV. ſp. 6 & 21.

h) Tertiana, febris ſyncopalis TORTI p. 126. 192. amphimerina ſyncopalis R. FORTIS. SAUV. ſp. 17. MEDICVS p. 48. ſq.

SYNCOPE cet.

β. Periodus amphimerina [i]). Signa febris (credo morbi noſtri) ſyncope, ſopor continuus, pulſus rariores in paroxyſmo, x. XII. horas durante, quam in ſanitate, nulla poſt paroxyſmum ephidroſis.

a. Cardiaca [k]). Iuuenes, bilioſos, ſiccos, cacochymicos, adoritur amphimerina, cum lipothymia, ſyncope, cardialgia, et vomitu bilis praſinae et aeruginoſae; pulſus debiles, rari, pallor et liuor faciei, creſcente debilitate ſudores frigidi.
Ob vomitum laudant emetica, is tamen ab irritatione neruorum procedere videtur, ſeu epigenema eſſe, laudant PAVLVS et GALENVS aſſiduas frictiones, TORTI corticem, quod morbus iubet.

γ. Periodus tritaeophya [l]). Poſt rigorem, cardialgia, vomitus enormis, ſumma virium proſtratio, pulſus contracti, extremorum refrigeratio, in declinatione ephidroſis. Quotidie paroxyſmus, ſed alterni ſibi reſpondentes, non raro iam tertius exitioſus.

ASTHENIA.

1. *Maligna*. morbi epigenema. 2. *Torpida*.

3. *Languida* [m]) Morbis aliis, poſt paſſiones euacuatorias, haemorrhagias, profluuia, diarrhoeam, dyſenteriam, ſuperuenit: imo poſt abſtinentiam diuturnam a victu, vel voluntariam, vel morboſam, ob maniam, nymphomaniam. Cutis arida, flaua, rugoſa, os aridum, lingua et dentes nigreſcentes, vox rauca, macies magna; perſpiratio, mictio, deiectio, nullae.

 4. *Ir-*

i) SAUV amphimerina ſp. 4. Syncopalis IONSTONI. SENNERTI. AVICENNA L. IV. f. 1. FORESTI obſ. 61 L. 1. TORTI p. 192.

k) TORTI p. 183. Syncopalis humoroſa AVICENNAE L. 4. f. 1. c. 53. PAVL. AEGINETAE L. 2. c. 37. FORESTI L. 1. obſ. 61. 29. TORTI. p. 192. SAUV. amphim. ſp. 5 & 6.

l) RIVERII c. 4. obſ. 36. BVRLET d de vai Hiſpan. morb. 1714. SAUV. tritaeophya ſp. 1.

m) SAUV. ſp. 11. & 14. Journ. de med May 1756. Hiſt. de l'ac. des Sc. 1712. 13. 19. 39.

ASTHENIA.

4. *Irritabilis* n). A moerore, ex iracundia, diu celatis: animi deiectio, agrypnia, anorexia, ſilentium ſtupidum, immobilitas, ſolitudinis amor. Salus ab eupeptis, polytrophis, vino, liquoribus fermentatis, narcoticis, auxiliis moralibus.

5. *Periodica.*

ANAESTHESIA. Epigenema.

ATONIA. Nulla rara.

SPASMVS.

CONVVLSIO, ECLAMPSIA, EPILEPSIA.

1. *Maligna.* Maxime a phlebotomia, in febribus inſtituta, tum et aliunde.

2. *Torpida.* 3. *Languida* o).

4. *Irritabilis* p). Salus a phoſphoro, ad grana 3. aliquoties ſumto.

5. *Periodica* q). Subiecta pallida, attonita, ſuſpirioſa, anheloſa, ſubfrigida fiunt periodice.

N. Conuulſio, maxime epilepſia, alius morbi paſſio, diuturna, ſenſim fit neruoſa, vti eſt haereditaria: alii idiopathicam male dicunt.

TETANVS.

1. *Malignus.*

2. *Torpidus* r). In regione calidiori endemicus, poſt refrigerium ortus, cedit balneis calidis atque opio: inunct. ſpinae dorſi balſ. nerv.

3. *Languidus.*

4. *Irri-*

n) SAUV. ſp. 7.

o) Ab inanitione HIPPOCR. ab onaniſmo TISSOTI de manuſtup. SAUV. ſp. 1 & 13. et ſp. 8.

p) SAUV. ſp. 15. -- ſp. 7.

q) MORTON pyret. C. IX. h. 14. 15. TORTI L. IV. c. 4. h. 3. BONETI ſep. LAVTTER hiſt. med. p. MEDICVS p. 8 ſq. SAUV. conv. ſp. 16. eclampſia ſp. 17. Epil. ſp. 9. tritaea ſp. 16. quotid. ſp. 4. N. A. N. C. T. I. p. 104

r) Opiſthot. et Tetan. Med. obſ. and inq. vol. I. p. 87. ſq. Comm. Lipſ. VIII. 304. Journ. de med. Dec. 1766. p. 509.

TETANVS.

4. *Irritabilis* [s]). Hyſteria et opiſthotonus. Salus a foliis aurant. camphora et moſcho.

5. *Periodicus* [t]). Conuulſio, dein tetanus, quotidie eadem hora recurrens, cum ſubſequente poſt 8. min. ſudore profuſo et tranquillitate.

CATOCHVS.

HYSTERIA. HYPOCHONDRIASIS.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.*

3. *Languida.* RAVLIN. SYDENHAM. [u]). Comes et pediſequa partus difficilis, haemorrhagiarum, repetitorum catharticorum, aut phlebotomiae, adfectuum acutorum, in languorem tranſeuntium.

4. *Irritabilis* [x]). Adeo familiaris irritabilitati paſſio eſt, vt pleraſque paſſiones morbi reliquas comitari ſoleat. Leuamen, ſalus, a catameniis ordinatis, aut haemorrhoidibus conſuetis, balneis, pediluuiis, aqua frigida, acidulis, emollientibus, lacte, paregoricis.

5. *Periodica* [y]).

DOLOR. ANODYNIA.

RHEVMATISMVS.

1. *Malignus.* 2. *Torpidus.*

3. *Languidus* [z]). Dorſalis, nimii veneris pediſequus.

4. *Irritabilis* [a]). Vagus, fixus, relinquit teneritudinem.

5. *Periodicus* [b]).

MYOSITIS.

PYREXIA.

PHLEGMASIA. INFARCTVS.

HAEMORRHAGIA, PROFLVVIVM. APOCENOSIS.

FEBRIS.

s) Journ. de Med. 1761. p. 327. SAUV. ſp. 12. 13.

t) STOERCK A. M. I. p. 163.

u) SAUV. ſp. 3.

x) SAUV. ſp. 5. — ſp. 7.

y) E. N. C. dec. I. a. 2. obſ. 193. MEDICVS p. 44. ſq. SAUV. ſp. 8. et tritaea ſp. 8. Journ. de med. T. 42. p. 434.

z) SAUV. ſp. 11.

a) SAUV. ſp. 7.

b) MORTON. C. 9 h. 22. 12. 10 14 SENAC febr. p. STOLL. III. 95.

FEBRIS.

N. Optime haec ferunt corticem et opiata, imo alia non ferunt.

TRITAEA.

SIMPLEX.

DVPLICATA. REGVLARIS.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.* 3. *Languida.*

4. *Irritabilis* c). Salus a laudano ante horrorem, exhibito.

CATHAMERINA.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.* 3. *Languida.*

4. *Irritabilis* d) Horis vespertinis leuis refrigeratio, oscedo, pandiculatio, dein lenis calor, nulla aut vix notabilis ephidrosis, hysteria, vrina copiosa, limpida, pulsus stricti.

5. *Periodica.*

HEMITRITAEA NOTHA.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.* 3. *Languida.*

4. *Irritabilis* e) Hysteria, comes, auctore STAHLIO, solis naturae viribus sanatur.

5. *Periodica* f).

TRITAEA NOTHA.

EPHEMERA.

1. *Maligna* g). Primum comparuit in Anglia a. 1486. pergens per 40 annos, interea Germaniam, Belgium, Zelandiam, Brabantiam, Flandriam, Daniam, Noruegiam, Galliam ab anno 1525-1530. peragrauit, auctumno maxime saeuiens, hieme inducias adferens, vere reuertens.

Summa

c) Hist. de l'ac. des Sc. 1757. p. 31.

d) SAUV. sp. 3.

e) STAHL.

f) SAUV amphimerina sp. 9. pseudohemitritaeus RIVERII.

g) SAUV. sp. 7. Hydronosos FORESTI L. 6. obs. 7 8. Sudor anglicus SENNERT. febr. L. 4. c. 15. et MEAD opp. II. p. 50. maligna IVNCKERI. hydropyreton quorumd. sudoriferus morbus Batauorum.

EPHEMERA.

Summa virium proſtratio, animi deliquia, anxietas, cardialgia, cephalalgia · pulſus frequentes, celeres, inaequales. Sudor perpetuus, vel ſubito enecans, vel intra 24 horas morbum ſoluens. Energia per ephidroſin. Salus a cardiacis et ſudorem ſuſtinentibus, adiuuantibus.

AMPHIMERINA.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.*
3. *Languida.* 4. *Irritabilis.*
5. *Periodica.*

a. Spaſmodica h). Poſt tetartaeam amphimerina, feruor et paraphroſyne, abdomen planum, rigidum, oculi obtutus fixus, nullus calor, ſpaſmi vniuerſales, os ſiccum, linguae conuulſio: in remiſſione penis, ſine mole adaucta, rigeſcentia.

b. Phricodes i). Horror tum aegroti, tum adſtantium ſenſitiuus, quotidie reuertens, durans ad XII. XV. horas: magna virium proſtratio, tremor ſpaſmodicus.

c. Semiquartana et Semiquintana k). Ea eſt, quae 4. aut 5. die horrore ſtipatur, intermediis diebus frigore caret.

TRITAEOPHYA.

1. *Maligna* l). *Lipyria* GALENI, AETII. Tota cutis exſanguis, frigida, cadaueroſa, exceptis, quae calent, axillis et praecordiis, calor internus ſummus ex aegri relatu, ſitis horrenda, linguae interdum ſiccitas, pulſus exiles et fere deficientes, mors non numquam intra triduum.

2. *Torpida. Typhodes* MANGETI m). Aeger a prima inuaſione pallidus, debilis et ſomnolentus, pulſus parui, tardi, calor natiuo minor, exigua aut nulla ſitis. Remit-

h) Journ. de med. Aout 1757. SAUV. ſp. 16.

i) GALENI iſag. M. DONATI hiſt. m. mir. L. 5. c. 5. horrida, horrifica, algida TORTI p. 193. querquera C. PISON. SAUV. ſp. 7.

k) SAUV. ſp. 23. 24.

l) SAUV. ſp. 9.

m) SAUV. ſp. 11.

TRITAEOPHYA.

mittunt, imo initio intermittunt haec ſymptomata per aliquot horas, et reuiuiſcere aeger videtur, verum denuo cum rigore aliquo, aut ſpaſmo cutaneo, intermittentis inſtar reuertuntur, et poſt aliquot ſimiles luſus aeger lecto adfigitur, ſtupidus euadit, nec periculum curat, nec obiecta ſentit, manibus obuia ſine ratione contrectat, lingua balbutit, vel obmuteſcit, ſemiuiuus videtur, exceptis quibuſdam intercurrentibus ſpaſmis, potiſſimum ſtomachi, tuſſis inſultibus. Verſus finem papulae interdum efflorefcunt, vel floridae, vel liuidae, quod peius, accedit diarrhoea, faeces ſunt nigrae, foetidae, vrinae ſimiles. Senſus obſcurantur, viſus vix luce adficitur, auditus obtuſiſſimus eſt, quod ſalutare ſymptoma fluxum ex auribus criticum praecedit. Sunt, qui citra criſin reſtituantur poſt menſes 2. 3. ſed raro vim mentis et ſenſuum aciem recuperant, niſi poſt longum tempus. — Oritur poſt euacuationes, victum parciorem, vitam laborioſam, veneris abuſum, ſollicitudines, debilitatem ſenilem, conſtitutionem epidemicam, humidam, inertem ſeu inelectricam.

Salus a reſtauratione virium per cardiaca volatilia, ambram griſeam, moſchum, vinum, veſicatoria, diaetam mediocrem.

3. *Languida.* 4. *Irritabilis.*

5. *Periodica* n). Eſt proprie tritaea ſimplex, vel duplex, quae ante auctumnum, ſ. aeſtate adoriens, ſub remittentis facie ludit et decipit. (Cognoſcuntur hae: 1° quod ſub frigore paroxyſmi aeger reapſe caleat ad tactum. 2° quod paroxyſmus ſecundae diei mitior ſit paroxyſmo primae. 3° quod vel ſubito, vel gradatim intermiſſio obſcuretur, ſeu apyrexia dubia euadat inter paroxyſmos,

n) v. Syncopen, carum, ephidroſin. Subcontinua malignans TORTI p. 200. 259. SYDENH. p. 24. & epiſt. p. 191. SAUV. ſp. 10.

TRITAEOPHYA.

mos, quo tempore fuperest calor mordax, fitis, linguae ficcitas. 4° vrina parca et rubra, crocea. 5° angina aphthofa. 6° graue quodcumque fymptoma fuperueniat, excepto leui delirio.) Salus a vino praeter corticem, modo continuus lecti calor et cardiacorum vfus febri anfam non dederint, vbi cortex inutilis.

SYNOCHA.

SYNOCHVS.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.* 3. *Languida.*
4. *Irritabilis* o). Post febrim putridam (irritabilem) 14 die maximam partem fuperatam paraphrofyne, omnium membrorum tremor, et totius corporis rigiditas. Salus a balneo frigido.

TYPHVS.

1. *Maligna. Carcerum.* v. *Sepfin.* Sub huius febris languore extremo exanthemata retrocedunt, anxietas fumma, imo conuulfiones adfunt. Salus a camphora, mofcho.

β. Neruofa acuta fporadica p). Febris acuta, praecedente ftadio mitiori, animo inquieto et anxietatibus, incipit intercurrentibus refrigeriis, tenuique, non leuante, fudore; pulfus parui, imbecilles, fubduri, nunc celeres, nunc tardi. Dolores artuum, praecordiorum, pulfatio circa praecordia vel vmbilicum: Vox per interualla acutior vel fubrauca; lingua afpera, ficca, alba, tremula, conatus vomendi, vel vomitus aeruginofi, in fcreatus definentes, vrina tenuis, limpida: oculi in vnum locum fixi, fulgentes, rubentes, fqualidi, vel claufi: aurium fonitus, dyfecoea, vel acies folito maior. Salus a temperantibus, balneis frigidis, veficatoriis, excitantibus, cardiacis.

γ. Ma-

o) POMME mal. vap. p. 150.
p) SELLE. p. 272. SAUV. fp. 5. caftrenfis.

TYPHVS.

γ. Maligna *auctor.* TISSOTI q). Summa virium proſtratio abſque euidenti cauſſa, animi abiectio, inſenſilitas, ſubita vultus, in primis oculorum, mutatio, interdum ab initio lipothymiae, agrypnia, paraphroſyne, ſtupor, anxietates praecordiorum, ſenſationum ſuppreſſio, vt non raro omnes deficiant: vox debilis, aut aphonia: lingua vel non alienata, vel muco ſubfuſco, flaueſcente, tecta, raro ſicca: Pulſus debiles, frequentes, vel naturales; cutis haud raro non mutata, nec frigida, nec calida, nec humida, nec ſicca: Vrina cruda, non numquam lactea; vires magis proſternuntur, animus non conſtat; exacerbatio veſpertina. — Signa redeuntis ſanitatis, pulſus fortior, vrina magis cocta, animi vis reſtituta, calor aequalis, ſudor largus leuans.

δ. Lethargus r). Typhus, pulſus molles, inaequales, non frequentes, aeger bene ſe habere reſpondet, inter dormiendum delirium obſcurum, ſomnus irrequietus, pauoribus interruptus et magis delaſſans, pallor, calor natiuo ſimilis, aut minor, cephalalgia, initio carebaria, cum virium proſtratione ſumma, lingua et labia cruſtis nigris tecta, ſicca cum naribus, decubitus ſupinus, ſtomadyſodia, die 20 finis morbi. Raro petechiis, rarius miliaribus, ſtipatur.

ε. Hyſterico verminoſa s).

2. *Torpida.*

3. *Languida* t). Ex veneris abuſu typhus, pulſus nunc fortes et pleni, nunc debiles et inconſpicui, vrina rubra,

q) TISSOTI §. VNZER T. V. p. 609.

r) VOGELII p. 48. maligna cum ſopore RIVERII 4. obſ. p. 134. SAUV. ſp. 2.

s) SAUV. ſp. 4.

t) SAUV. ſp. 8.

TYPHVS.

bra, pellucida, cutis ſicca, calida, ſitis magna, peruigilium, nauſea.

4. *Irritabilis.* 5. *Periodica.*

HECTICA.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.*

3. *Languida* u). Cachecticos, profluuiis exhauſtos, corripit. Anorexia, carebaria, ſopor, mane ſapor linguae deprauatus cum viſciditate, dentium ſordibus, oris foetore, hypochondriis tenſis.

4. *Irritabilis* v). Melancholiae neruoſae pediſequa et comes, abit in tabem nerueam aut phthiſin, niſi curetur.

5. *Periodica.*

HEMITRITAEA VERA.

TETARTAEA.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.*

3. *Languida.* 4. *Irritabilis* x).

5. *Periodica* y). Morbus adoriens ad tetartaeam, qua male curata, hyſteriam excitauit.

β. Nephralgica z). Vomitus vrinoſi, nephralgia, quarto quouis die recurrentes.

TETARTOPHYA.

1. *Maligna* a). Signa comparanda.

2. *Torpida.* 3. *Languida.*

4. *Irritabilis.* 5. *Periodica.*

ERRATICA.

HEBDOMADALIS, CATHAMERINA, PERIODICA b).

Signa dicta. Salus a cortice poſt 5 ſeptimanam.

PASSIONES CAPITIS.

APOPLEXIA.

1 *Maligna.* 2. *Tor-*

u) SAUV. ſp. 10. 11. 12. BAGLIV. op p. 424.

v) Lenta nervea LORRY de melanch l. 176. SAUV. ſp. 12.

x) MORTON pyr. c. 9. h. 10. p. 82. SAUV. ſp. 10.

y) MORTON pyret. C. 9. h. 10. p. 82. SAUV. ſp. 10.

z) SAUV. ſp. 9.

a) MARC DONATI L. 3. c. 14. L. 7. c. 6. HORSTII l. 1. o. 12.

b) Journ. de med. T. 42. p. 432.

APOPLEXIA.

2. *Torpida.* Saepe quae dicitur ſeroſa.

3. *Languida.* Finis letalis multorum morborum.

4. *Irritabilis* c). Feminis hyſtericis, aut a partu et metrorrhagia, aut a dyſtocia, aut animi pathematibus exoriens, cedit antihyſtericis, neruinis.

5. *Periodica* d). Saepe, praegreſſis hepatalgia, cardialgia, haemorrhoidibus, ſcabie, ſuppreſſis, erroribus in victu, corripit ita, vt in 1. aut 2. paroxyſmo ſuauis adſit ſomnolentia, aut ſtupiditas, vel delirium leue: vrina eſt craſſa, ſubfuſca, lixiuialis, foetens, cum pinguedine innatante, micturitio frequens, dyſuria, ſanguis extractus eſt floridus, interdum coloris variegati, cum cruſta vel pleuritica, vel gelatinoſa, (interdum aſcarides vel cucurbitinos fundens).

CARVS.

1. *Malignus.* 2. *Torpidus.* 3. *Languidus.*

4. *Irritabilis* e). Subitanea omnis motus et ſenſus feriatio, cum reſpiratione vix ſenſibili, aphonia et dyſphagia, refrigerio occipitis, pulſibus depreſſis, tenſis, oris diſtorſione, imo interdum hemiplegia, vt tamen obſcure audiant. In paroxyſmo ſalus a phlebotomia, linteis calidis, potu cardiaco, antihyſtericis, anodynis.

5. *Periodicus* f). Singulis, vel alternis, vel quarto quoque, diebus ingruit, poſt cephalalgiam, dein delirium,

c) SAUV. ſp. 4. SYDENH. de paſſ. hyſterica p. 400.

d) SYDENH. T. 1. p. 191. WERLHOFF p. 21. HOFFMANN opp. IV. 25. MORTON opp. p 194. & p. 265. HVXHAM. opp. de HAEN febr. div. p 229. LAVTTER h. m. p. 71. A. N. C. vol. 3. obſ. 75. I. RHODII obſ C. 1 o. 68. p. 39. MEAD opp. I. p. 30. MEDICVS p. 5. SAUV. ſp. 9.

e) Pnix hyſterica GALENI Apnoea HERACLIDIS, ſuffocatio mulierum PLINII, aliorum, flatuoſa refrigeratio SOLANI, apoplexia ſpaſmod. LORRY de melanch. p. I. p. 115. et FR. HOFFMANN C. 1. conſ. 19. vapeurs hypoch. POMME obſ. 9. Eſſai 1760. SAUV. ſp 9. & 13.

f) Parapoplexia C. PISONIS obſ. 169-171. Febris epid. Vrbeuetana LANCISII de nox. pal. effl. L 2. c. 3. lethargica TORTI p. 207. ſoporoſa WERLHOFII p. 17. et ſ. 1. 3. FOREST. L. 3. o. 39. BIANCHI hiſt. hep. p. 751. SAUV. ſp. 3 & tritaeoph. ſp. 7. et tetartoph. ſp. 4.

MOR-

CARVS.

rium, interdum conuulſiones, febris intermittens maligna, ad quam tertio ſub paroxyſmo pleiumque ſopor accedit, vt aeger ore hiante, initio ſine ſtertore, immobilis ſit. Pulſus aliis frequens, aliis rarus, tardiſſimus, in multis durus et intermittens, lingua nigra, ſitis, vigente delirio nulla, micturitio frequens, poſt paroxyſmum ſtupor, aegri motibus anxiis iactati et fere dextro latere hemiplegici fiunt. In paroxyſmo altero ſopor profundior, et ſaepe letalis, maxime quum alia grauia ſymptomata, vt carphologia, ſubſultus, accedunt. Niſi ſopor cum paroxyſmo euaneſcat, aut aeger typhomaniacus, hemiplegicus, maneat, conclamatum fere eſt. — Sub paroxyſmo temperantia et reficientia cum diluentibus commendantur, et applicatio veſicatoriorum. Finito vero paroxyſmo remotis curationis impedimentis, et energia excitata per phlebotomiam et emetica, aut eccoprotica, cortex Peruv. larga manu eſt offerendus, imo et laudanum.

CATAPHORA.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.* 3. *Languida.*

4. *Irritabilis* g). Coma ſomnolentum auct. lethargus vulgi. Sopor grauis, ore hiante, maxilla inferiori demiſſa, oculis clauſis, facie ſaepius pallida, pulſibus raris, interdum depreſſis, artubus omnino flaccidis. Accedente reſpiratione ſtertoroſa, alias placida, intra aliquot dies mors. Eſt ſenibus familiaris. Conducunt motus, frictiones, veſicatoria, cardiaca, ſternutatoria, emetica, neruina.

β. *Somnolentia.* Puerorum ſanorum habitudo dormiendi, conducunt ſimilia.

5. *Periodica.*

LETHAR-

MORTON pyr. h. 25. 26. RAMAZZINI de trit. mal. Mutin. p. 228. SYLVIVS de f. epid. Lugd. p. RIVERII c. 2. o. 26. MEDICVS B. C. Comm. Lipſ. I. 74. a BONA obſ. med. p. 46. C.L.N. 1731. p. 188.

g) SAUV. ſp. 1. 2.

LETHARGVS.

1. *Malignus* v. typhum.
2. *Torpidus.* 3. *Languidus.*
4. *Irritabilis* h). Ex vita ſedentaria, ſtudiis nimiis.
5. *Periodicus* i).

TYPHOMANIA.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.*
3. *Languida.* 4. *Irritabilis.*
5. *Periodica.* MERCATVS. TORTI. WERLHOFF, MORTON k). Epidemica dicitur apud Hiſpanos, ſaltem Caſtellanos, viguit circa Nemauſum 1761. Variis ſub formis haec atrox paſſio attentos etiam medicos deludit. Eſt vel cum intermittente deſignata, vel latente: aeger balbutiens verba mutilat, et vnum pro alio profert.

ECSTASIS. Haec, ſi alia, non rara.

CATALEPSIS.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.* 3. *Languida.*
4. *Irritabilis* l). Signa morbi, hyſteriae et catalepſeos. Salus a motu, phlebotomia, diarrhoea diuturna.
5. *Periodica* m).

PARAPHROSYNE.

1. *Maligna.* }
2. *Torpida.* } non rarae.
3. *Languida.* }
4. *Irritabilis* n). Puerperas adoriens, incipit a cephalalgia, et ſtipatur ſignis hyſteriae et cedit antiſpaſticis et roborantibus.

5. *Pe-*

h) v. SWIETEN §. 1010. SAUV. ſp. 7.

i) FR. HOFFMANN. opp. III. 217.

k) SAUV. ſp. 1.

l) SAUV. ſp. 1

m) Act. Vratisl. T. XV. p. 204. v. SWIETEN. III. 312. Act. Vpsal. 1742. p. 47. E. N. C. dec. 2. a. 8. p 228. DODON. obſ. p. 195. 10. FR. HOFFMANN opp. III. Rec. period. §. 5 p. 41 MEDICVS p. 16.

n) SYDENH. T. I. p. 49. 60 61. PVZOS tr. des acc. p. 44. v. SWIETEN. III. 523 ſq. SAUV. ſp. 8.

PARAPHROSYNE.

5. *Periodica* [o]). Alternis diebus per 2 menſes apyreta, ſoli cortici cedens.

PHRENITIS, PARAPHRENITIS.

1. *Maligna* [p]). Vigilium pertinax cum obliuione eorum, quae audiunt, aut ipſi dicunt: delirium furioſum, conſtans, difficilis et conuulſiua deglutitio: ſalus ab haemorrhagia, diarrhoea.

2. *Torpida.*

3. *Languida* [q]). Poſt ſuperatas febres, potiſſimum amphimerinam hungaricam non raro ſuperuenit iis, quos longa diaeta tenuiſſima, et plures euacuationes debilitarunt: pulſus mollis et debilis, calor natiuo non maior, lingua nitida. Salus a reficientibus et redeunte magis ſanitate eccoproticis.

4. *Irritabilis.* 5. *Periodica.*

CEPHALITIS.

1. *Maligna* [r]). Typhus carcerum PRINGLE. Epidemica a. 1510. Pyrexia continua, ardens, anorexia cum horrore carnium, delirium, gaſtrodynia, nephralgia, dolor ſurarum et carebaria.

2. *Torpida.* 3. *Languida.*

4. *Irritabilis.* 5. *Periodica.*

MANIA.

1. *Maligna.* Videre me, et curare per camphorae largum vſum, memini.

2. *Torpida* 3. *Languida.*

4. *Irritabilis* [s]). Ex cardialgia hyſterica cum hyſteria mania.

5. *Periodica* [t]).

MELANCHOLIA. *Cum Speciebus.*

1. *Maligna.*

2. *Tor-*

o) Journ. de Med. Mars 1757. p. 195. SAUV. ſp. 10.

p) SELLE p. 273.

q) MEYSEREY mal. des arm. II. n. 259. SAUV. ſp. 16.

r) RIVERIVS C. 2. o. 63. 73. SAUV. ſ. 6.

s) KAAW BOERH. imp. fac Hipp. p. 258.

t) MEDICVS p. 41.

MELANCHOLIA.

2. *Torpida.* Oculi exauati, retracti, fixati, circulo fusco circumducti, languidi, illacrimantes, respiratio profunda, laboriosa, suspiriosa, anxietas, palpitatio frequens, lassitudo, virium defectus, aestus volaticus, obstipatio, anorexia.

3. *Languida.* Fugax.

4. *Irritabilis.* HOFFMANN, ALBERTI, LORRY. ZACVT. LVSIT. u). Frequens.

5. *Periodica* x).

PANOPHOBIA.

3. *Languida.* 4. *Irritabilis.* Frequentes.

NOSTALGIA.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.* 3. *Languida.*

4. *Irritabilis* y). Tritaea, vel tritaeophya, synochus: nausea, anorexia, vomitus, citra saburram. Salus a cortice, narcoticis, eupeptis, patria.

5. *Periodica.*

ATHYMIA.

3. *Languida.* 4. *Irritabilis.* Non rarae.

AMENTIA.

2. *Torpida.* 3. *Languida.* 4. *Irritabilis.*

SOMNAMBVLISMVS.

5. *Periodicus* z).

DAEMONOMANIA.

AMNESIA.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.*

3. *Languida* a). A venere, et febrisequa.

4. *Irritabilis.* Non rara.

5. *Periodica* b).

AGRIP-

u) Pr. h. L. I. p. 289 sq.

x) MEDICVS p. 37.

y) SAUV. sp. 2.

z) MEDICVS p. 34.

a) ETTMVELLER. SALMVTH c. 1, o. 6. SAUV. sp. 1. et sp. 8.

b) E. N. C. dec. 2. a. 3. p. 114.

AGRYPNIA.

1. *Maligna.* Frequens. 2. *Torpida.*
3. *Languida.* Non rara. 4. *Irritabilis* d).
5. *Periodica* e).

CEPHALALGIA. CEPHALAEA. CAREBARIA. HEMICRANIA.

1. *Maligna.*
2. *Torpida.* } Non rara.
3. *Languida.*
4. *Irritabilis* f). Dolor atrox capitis, perterebrans, in parte non raro, quam pollex, vel ouum tegeret, claui infixi ſenſationem referens, cum animi deſperatione, ſaepe delirio, ita, vt vehemens in dolores occipitis et ſpaſmos, ad ceruicem et ſcapulas protenſos, tranſeat. Salus a laudano, ſero lactis.
5. *Periodica* ff).

MENINGORRHOEA.

AMBLYOPIA.

HEMERALOPIA.

5. *Periodica* g).

DIPLOPIA.

4. *Irritabilis* h). Ab epilepſia, paralyſi, terrore, debilitate.

VERTIGO.

4. *Irritabilis* i). 5. *Periodica* k).

CALIGO.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.*
3. *Languida* l). Rhytidoſis eſt ſubſidentia et corruga-

d) WILLIS. an. brut. P. 2. c. 2. TISSOT op. I. 85.

e) MEDICVS p. 34.

f) SCHENCK p. 83. TISSOT. SYDENH. SAUV. ceph. ſp. 12. & hemicr. ſp. 6. Cl. RAHN. d. §. 2.

ff) SYDENH. I. p. v. SWIETEN. §. 757. De HAEN febr. div. p. Journ. de Med. T. 42. p. 432. A. A. f. pr. A. T. 2. 1. 4. p. 72. MORTON p. 32. GRANT. p. 236. MEDICVS p. 61. p. 67. SAUV. ſp. 4. & 7.

g) Med. obſ. nd inq. vol. 1. p. 111.

h) WILLIS. an. brut. c. 15. PLATER obſ. l. 1. o BONET. ſep. obſ. 22. 43 44 SAUV. ſp. 2. 3. 6. 9.

i) LITTMVELLER. RAHN d. p. 27. ſq. SAUV. ſp. 3.

k) Journ. de Med. T. 15. p. 38. MEDICVS p. 71.

l) SENNERT. MAVCHART. SAUV. ſp. 17. a rhytidoſi.

CALIGO.

rugatio corneae: vbi vel non generatur, vt in senectute, humor aqueus, vel exhauritur, vt in acutis, quibus sanatis euanescit. Si a siccicate et calore, curatur fomentis emollientibus, balneo oculi, rel.

4. *Irritabilis* m). 5. *Periodica.*

CATARACTA.

3. *Languida* n). A venere immodica, intensiori oculorum vsu.

AMAVROSIS.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.* 3. *Languida* o).

4. *Irritabilis* p). A vomituritionibus, vomitu, frequentibus: interdum non vltra aliquot horas durat.

5. *Periodica* q). Quotidie, aut alternis diebus, aut omni mense per 14 dies recurrens.

OPHTHALMIA. OPHTHALMITES. CHEMOSIS.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.* 3. *Languida.*

4. *Irritabilis.* Non rara.

5. *Periodica* r). Dolor oculi atrox, lacrimatio, sitis vrgens, pulsus celeres, fortes.

ANCHILOPS. AEGILOPS.

EPIPHORA.

3. *Languida* s). 4. *Irritabilis* t).

NYSTAGMVS.

STRA-

m) SCHMVCKERS chir. Schr. II. de hypop. p. 360. SENAC. l. 2. c. 2. p. 1 5.

n) CALLISEN p. 813.

o) LOMM obs. de tabe dors. SAUV. sp. 16. Journ. de Med. Mars. 1768. p. 224.

p) SCHMVCKER. chir. Schr. II. RICHT. B. V 22. S. YVES c. 28. p. 347. SAUV. sp. 15.

q) STORCH a. m. p. 75. F. PLATER. S. YVES. IANIN obs. 4.

r) MORTON pyret. I. c. 9. TORTI. p. 426. E. N. C. dec. 3. ja. 2. p. 330. SENAC. febr. l. 2. c. 2. p. 135. v SWIETEN II. 534. Journ. de Med. sept. 1760. p. 228. ROSENSTEIN. p. 415. MEDICVS p. SAUV sp. 23 RIGLER C. E. p. 136.

s) RICHTER II. 1. p. ex aegilope.

t) SYDENH. I. 259.

STRABISMVS.

1. *Malignus.*

2. *Torpidus.*

a. A paralysi u). Ex resoluto alterutro musculo recto oculi, vt oculus versus eum musculum vertatur. Salus a tonicis.

b. Buffoni v). Ex alterutrius oculi debilitate, vt v. g. oculus dexter non videat vltra semipedem, et sinister vltra pedem. Et est vel natiuus, incurabilis, vel a paralysi, epilepsia, consuetudine. Salus a tonicis.

3. *Languidus.* 4. *Irritabilis.* 5. *Periodicus* x).

DYSECOEA.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.*

3. *Languida.* Frequens.

4. *Irritabilis.* Frequenter occurrit. 5. *Periodica.*

COPHOSIS.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.*

3. *Languida.* 4. *Irritabilis.* 5. *Periodica* y).

PARACVSIS.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.*

3. *Languida.* Non rara. — Huc sp. e. s. pathol. general.

4. *Irritabilis* z). Ex musices, lyrae, tonitru, auditu, aut sola meatus auditorii externi contrectatione, vomitus, vrinae incontinentia. Nimia igitur organi auditus sensilitas, per sympathiam varias passiones excitans.

5. *Periodica.*

SYRIGMVS.

1. *Malignus.* 2. *Torpidus.*

3. *Languidus* a). A fame, veneris abusu, lipothymia, morbo superato.

4. *Irritabilis* b). 5. *Periodica.*

u) SAUV. sp. 5.
v) Mem. de l'ac. des Sc. 1743. 5. sp. Ess. d'Edinb. III 298
x) BORELL. obs. C. 2. o. 1.
y) N. A. N. C. vol. 2. p. 179. E. N. C. c. 5 & 6. p. 27.
z) E. N. C. dec. 3. a. 3. obs. 182. dec. 1. a. 1. o. 194. A. N. C. vol. 2 obs. 200. PECHLIN. L. 2. obs. 45.
a) RIVERII pp. SAUV sp. 1 9.
b) HOFFMANN. SAUV. sp. 7. 9.

OTITIS. OTALGIA.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.* 3. *Languida.*
4. *Irritabilis.* 5. *Periodica* c).

OTORRHAGIA.

OTORRHOEA.

ANOSMIA. PAROSMIA.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.* 3. *Languida.*
4. *Irritabilis* d). Odoratus ſpontaneus ſimulatus lotii.
5. *Periodica* e). Ingruente opiſthotono odor moſchi.

NASITIS.

1. *Maligna* f). In malignis naſus purpureus, brunneus, nigricans, tumidus, puſtuloſus, mortem praenunciat. Ex 20. vix 2. euadunt. Accedit gangraena, aromaticis curanda.
2. *Torpida.* 3. *Languida.*
4. *Irritabilis.* 5. *Periodica* g).

EPISTAXIS. RHINORRHAGIA.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.*
3. *Languida.* 4. *Irritabilis.*
5. *Periodica* h).

CORYZA.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.*
3. *Languida.* 4. *Irritabilis* i).
5. *Periodica* k). Cephalalgia, capitis intumeſcentia, ſinuum infarctus mucoſus, limpidus, acer.

OZAENA.

RHINOSTEGNOSIS.

RHINOCRESMOS.

GELA-

c) Eph. Vratislav. 1726. p. 487. N. A. N. C. T. 2. p. 362. SENAC. l. 2. c. 2.
d) HARDER. obſ. 40.
e) Act. Mogunt. I. 305.
f) SAUV. gutta roſea ſp. 4. de MEYSEREY t. 2. 241.
g) E. N. C. dec. 3. a. 3. p. 68.
h) BLANCARD in diar. Holl. C. 6. obſ. 14. E. N. C. dec. 3. a. 7 & 8. p. 394. A. N. C. vol. 3. app. p. 171. vol. 4. p. 51. ſq. SCHENCK. p. 564. Comm. Litt. N r. 1731. p. 59. 1738. p. 283. ROSENSTEIN p. 415.
i) BRENDEL. d. de valet. ex hyp. §. 6.
k) Journ. de med. Mars 1751. p. 196.

GELASMVS.

1. *Malignus.* Non rarus. 2. *Torpidus.*
3. *Languidus.* 4. *Irritabilis* [l]). 5. *Periodicus.*

STENOSTEGNOSIS.

CHILON.

1. *Malignum.* 2. *Torpidum.*
3. *Languidum.* 4. *Irritabile.* 5. *Periodicum* [m]).

STOMADYSODIA.

TRISMVS.

1. *Malignus.* 2. *Torpidus.* 3. *Languidus.*
4. *Irritabilis* [n]). Maxima et dolorifica os aperiundi difficultas, ptyalifmus vber, agrypnia, mufculorum maxillae et vicinorum agitatio continua, dolores vagi capitis. Salus etiam ab inuftione nerui adfecti aut partis vicinae, veficator.
5. *Periodicus.*

AMASTESIS. BRADYMASTESIS.

PTYALISMVS.

1. *Malignus.* 2. *Torpidus.* 3. *Languidus.*
4. *Irritabilis* [o]). Saepe quantus eft a mercurio.
5. *Periodicus* [p]).

STOMACACE.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.* 3. *Languida.*
4. *Irritabilis.* 5 *Periodica* [q]).

ODONTITIS. ODONTALGIA. PARVLIS. EPVLIS.

1. *Maligna* 2. *Torpida.* 3. *Languida.*
4. *Irritabilis* [r]). 5. *Periodica* [s]).

PRI-

l) Journ. de Med. T. II. p. 312.

m) E. N. C. cent. 7 & 8. p. 411.

n) ANDRE, obf. 2. 3. 4. p. 343 fq. SAUV. fp 14 12, 13.

o) BALLON. L 2. conf. 49. SYLVII pr. MORTON. ROEPER d. de ptyal. SARCONE §. 74.

p) E. N. C dec. 2. a. 8 p. 229. dec. 3. a. 3. p. 57. A. N. C. vol. X. p. 100. vol. I. p. 90. vol. II. p. 457. MEDICVS. p.

q) SCHENCK p. 359. ARNOLD BOOT. de adf. omiff. p. 25. R A. VOGEL. de morb. rar. p. 23. C. L. Nor. 1735. p. 131. MEDICVS p. 57 fq. LAVTTER hift. m. 26. p. 15.

r) SYDENH. l. p. 258. RAVLIN. mal. p. 25. TISSOT op. l 87.

s) TORTI p. 438. MEDICVS p. 88 fq. STOLL. III. 95.

PRISIS.

AGHEVSTIA.

GLOSSITIS.

RANVLA.

PARAGLOSSE.

MVTITAS.

1. *Maligna.* 2. *Torpida.* 3. *Languida.*

4. *Irritabilis* [t]).

β. A g l o ſ ſ o l y ſ i [u]). Aegri linguam nec exſerere, nec mouere poſſunt, deglutitio difficilis, ciborum in ore volutatio: apoplexiae aut hemiplegiae ſaepe comes aut pediſequa. Salus ab excitantibus, neruinis, roborantibus, ſialagogis.

5. *Periodica* [x]).

APHONIA.

4. *Irritabilis* [y]). Etiam ex hemiplegia, apoplexiae recidiuam portendens. Salus ab excitantibus, neruinis.

CYNANCHE. ANGINA.

1. *Maligna* [z]). Poſt horrorem, calorem, ecclipſin, cephalalgiam, cynanche; ſitis, anxietas, calor mordax, ſiccus: pulſus celeres, ſubduri, lingua ſicca, ptyaliſmus mediocris, dyſphagia tolerabilis: glandulae maxillares et parotides admodum tumidae, inflammatae, reliquae minus: in maiori malo ſopor, paraphroſyne: pyrexia atypica; nullum a phlebotomia leuamen, nec a reliquis remediis, in angina ſollemnibus. Malum inprimis infantes tenuit, intra ſex primos dies exanthema, rubeolae ſimile, primum faciem, dein humeros et pedes occupans, poſt aliquot dies euanuit: aliquos miliaris

t) BRENDEL. T. I. p. 184. SALMVTH. I. 30. o. 28. HALLERI el. phyſ. III. 473. SAUV. ſp. 6.

u) SAUV. ſp. 1.

x) E. N. C. cent. 9 & 10. p. 257. dec. 2. a. 5. p. 45. A. N. C. vol. 2. p. 149. vol. 4. obſ. 109. SCHENCK obſ. p. 97. Rec. period. T. I. p. p. 446. MEDICVS p. 92 ſq.

y) E. N. C. dec. 2. a. 7. o. 133. SAUV. ſp. 7 & 8.

z) TISSOT §. 117. SAUV. ſp. 15.

ris rubra vel alba tenuit: ab exanthemate leuamen et a sudore salus, qui etiam conducebat ad finem mali obueniens exanthematis expertibus. Post morbi fugam in omnibus cuticulae desquammatio. Vox in multis alienata modo singulari. Sanitas aegre rediens, et a frigore, suscepto iusto citius, detentiones serosae in variis partibus molestae. Salus in adultis a phlebotomia, interdum emetico, diapnoicis, vesicatoriis.

Procul dubio rectius ad scarlatinam referenda.

2. *Torpida. Trachealis* a). Humidam, polyposam etiam dicendam, vidi in femina tenera, post nimia, phlebotomiam, catamenia, adiapneustiam. Salus (abstinendo a phlebotomia, hirudinibus, ob pulsus debiles, molles, minus frequentes, et supra dicta) a vesicatorio ad nucham, vsu resoluentium, antispasticorum, roborantium, producente, praeter vrinam criticam, sputa caseosa critica. Signa praeterea ea, quae enarrantur in pathologia catarrheumatis ad cynanchen trachealem, (vt haec tamen passiua esset), inprimis vocis indoles, suffocationis spasticae, ab obstipatione per polyposam membranam, metus.

3. *Languida.* QVARIN paralytodea b). Post continuas et intermittentes longiores, euacuationibus iusto copiosioribus institutis oritur ex vario morbo: pallor, siccitas, tenuitas faucium, facies hippocratica, angina. Salus a replentibus, roborantibus, sed raro aeger talia deglutire potest, hinc iniiciantur enemata nutrientia, roborantia, interdum ex cortice. In eadem a nimia venere nux indica, iuglandes conditae, cum syr. cinam. interdum conducunt.

4. *Irritabilis* c). Quotidie periodice reuertitur cum sopore,

a) HELD. Ausz. I. 265.
b) Inst. p. 51. sq.
c) RIVERII C. 2.0.26. FR. HOFFMANN. SAUV. sp. 9.

CYNANCHE. ANGINA.

pore, nausea, suffocatione, doloribus vagis, dysphagia, hysteria rel. Salus a laudano.

5. *Periodica.*

HYDROPHOBIA.

1. *Maligna* d). Comes febrium neruosarum, malignarum, vt hemitritaei, typhi, phrenitidis, epilepsiae, cynanches, peripneumoniae, gastritidis, cephalitidis.

β. RABIES CANINA. *Auct.* e). Oritur ex animalis morsu per venenum, ope saliuae et vulneris communicatum, hydrophobia cum mordendi alios non raro desiderio. Salus aut leuamen a vulneris scarificatione, cruentatione, cantharidum etiam pulvere illato, et vesicator. adplicatione, inunct. mercurii ad dies 40. mofcho, cinnab. opio, remedio Borussico, interdum balneis.

2. *Torpida.* 3. *Languida.*
